2 *de pulsu cordis*: PAVL. Aul. 626 continuo meum -r coepit artem facere ludicram atque in pectus emicare. Capt. 636 quin quiescis? <i> (add. *Gulielmus*) diirectum -r meum, ac suspende te. tu sussultas, ego miser vix asto prae formidine. Cas. 414 perii, -r lienosum opinor habeo, iam dudum salit, de labore pectus tundit (Cist. 551 Mil. 1088 SEN. Herc. O. 708 Thy. 756 PERS. 3, 111 TERT. nat. 2, 1. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 148 -is saltus). CIC. nat. deor. 2, 24 cum -r animantis alicuius evolsum ita mobiliter palpigaret, ut imitaretur igneam celeritatem (SEN. Herc. f. 1299 dial. 5, 14, 3 PLIN. nat. 11, 181. 28, 97. 32, 49). VERG. georg. 3, 106 (= Aen. 5, 138) exultantiaque haurit -a pavor pulsans? (SIL. 16, 479). TIB. 1, 10, 12 nec audissem -e micante tubam (Ov. ars 722 fast. 3, 36. 331 -a micant regis. 6, 338 MANIL. 5, 224 APVL. met. 11, 13). VELL. 2, 70, 5 cum mucronem... sinistrae admovisset mamillae ad eum ipsum locum, quo -r emicat. SEN. Med. 943 haut aliter meum -r fluctuatur. dial. 4, 3, 3 imperatori... -r exiit. STAT. Theb. 2, 411 *Eteocli* tacito sub pectore dudum ignea -a fremunt. 4, 727 aspera pulsu -a *Argivorum* sunt. SIL. 1, 471 frigida nautis -a tremunt (2, 339). 12, 592 vagituque incita pulsant -a virum. AVG. epist. 137, 8. MACR. somn. 1, 20, 7 -r, cuius ista natura est, ne umquam cesset a motu. MART. CAP. 2, 135 dextra -is eius pulsum pectusque pertractat (BOETH. mus. 1, 1 ISID. orig. 3, 22, 6).

3 *partes cordis*: CIC. nat. deor. 2, 138 animae pars concipitur -is parte quadam, quem ventriculum -is appellant, cui similis alter adiunctus est, in quem sanguis a iecore per venam illam cavam influit (CELS. 4, 1 -r... duosque quasi ventriculos habet. AMBR. Noe 6, 14 duo sunt enim eius [*sc. cordis*] uteri). PLIN. nat. 11, 181 -r... homini tantum infra laevam papillam, turbinato mucrone in priora eminens. 11, 182 *fusius*. LACT. opif. 10, 11 -r... licet sit unum, duos tamen intrinsecus sinus habet, quibus fontes vivi sanguinis continentur saepo intercedente divisi (cf. *praeterea* p. 937, 1). ISID. orig. 11, 1, 118 -is duae arteriae sunt, e quibus sinistra plus sanguinem habet, dextra plus spiritum.

4 *in incantamentis*: PAVL. Bacch. 27 nam credo cuius excantare -r potes. PETRON. 33 non -r habebat, non intestina... puerum strigae involaverant. APVL. met. 1, 13 -r miseri contubernalis mei Meroe bona scrutata protulit. cf. 1, 18 -r ipsum mihi avelli putavi. TAB. devot. Minturn. (Corp. X 8249) 9 dii i(n)feri, vobis come(n)do ilius mem(b)ra... iocur umeros -r pulmones *eqs.* Audollent 250*, 24 apsumatis... -r membra viscera. 270, 11 *χορ ούραθου*

(*sim.* 270, 19. et l. 28. p. 934, 32). *nota morbos cordis*: PLIN. nat. 19, 86 *φθειρίαιον* -i intus inhaerentem. 22, 21 -is vitiis (25, 168. 26, 35). CLAVD. 26, 120 ingentes morbos et proxima -i ulcera.

5 *In imagine ita ut notio translata iam subsit*: A *genera-*
tim: ENN. ann. 400 succincti -a machaeris. 562 non si... ferro -r sit pectusque revinctum (cf. CLAVD. 26, 303). scaen. 139 lapideo sunt -e multi, quos non miseret neminis. PAVL. Bacch. 213 non res sed actor mihi -r odio sauciat. 251 heu, -r meum et cerebrum, Nicobule, finditur, istius hominis ubi fit quomque mentio. 405 nunc experiar, sitne aceto tibi -r acre in pectore. 1159 tactus sum vehementer visco. -r stimulo foditur (Truc. 853. *sim.* STAT. Theb. 8, 93 stimulatque -a *Plutonis*). Cas. 622 tota occidi, -r metu mortuomst (VVLG. I reg. 25, 37 emortuum est -r *Nabal* intrinsecus et factus est quasi lapis [*ἐναπέθανεν ἢ καρδία*]). Men. 971 tergum quam gulam, crura quam ventrem oportet potiora esse, cui -r modeste situmst. Merc. 204 edepol -r miserum meum quod guttatim contabescit, quasi in aquam indideris salem (COMM. apol. 919 VVLG. Is. 13, 7. cf. PETRON. 42 -r nostrum cotidie liquescit. Ps. AMBR. laps. virg. 8, 35 -r... liquescens tamquam cera). Mil. 202 pectus digitis pulsata, -r credo evocaturust foras. 617 at hoc me facinus miserum macerat meumque -r corpusque cruciat (Trin. 1169 VVLG. prov. 25, 20 AVG. civ. 18, 51). Most. 143 amor... usque in pectus permanavit, permadefecit -r meum. Persa 25 sagitta Cupido -r meum transfixit (Ov. am. 1, 2, 7 CLAVD. rapt. Pros. 1, 228 INSCR. christ. Rossi II p. 90, 51, 5). Persa 801 sq. uritur -r mi :: da illi cantharum, extingue ignem, si -r uritur caput ne ardescat (cf. SEN. Ag. 132 MART. 12, 49, 9 Ps. AMBR. apol. Dav. II 3, 13. AVG. civ. 19, 8 -r nostrum flagris uratur. v. p. 931, 84). Truc. 179 in melle sunt linguae... facta atque -a in felle sunt sita atque acerbo aceto. 855 si alia membra vino madeant, -r sit saltem sobrium. ACC. trag. 201 qui illius acerbum -r contundam et comprimam. CIC. carm. fig. 23 ipse suum -r edens (*ὄν θυμὸν κατέδων*), hominum vestigia vitans *Bellerophon* (HIER. adv. Rufin. 3, 39 [*praecepta Pythagorica*] -r non comedendum id est maerorem de animo proiciendum). TIB. 1, 1, 64 non tua sunt duro praecordia ferro vineta, nec in tenero stat tibi -e silex. LIV. epit. Oxyrh. 5, 115 (perioch. 50 *dictum Catonis*) <cum nec caput> nec pedes nec -r haberent *legati* (cf. p. 937, 5. SEN. apocol. 8. AVSON. 48, 2 -r ergo versus, immo Rufus non habet [*sc. scripserat* remnisco pro -cor. cf. 49, 2]. *Otto, Sprichw.* p. 74). Ov. am. 2, 9, 2 o in -e meo desidiose puer. rem. 806 stupeant multo -a sepulta mero. met. 5, 384 inque -r hamata percussit harundine Ditem *Cupido*. 7, 33 tum me de tigride natam, tum ferrum et scopulos gestare in -e fatebor. Pont. 1, 3, 22 sanabit nulla vulnera -is ope (trist. 4, 1, 97 AVG. serm. 237, 3, 3). trist. 4, 10, 66 molle Cupidineis nec inexpugnabile telis -r mihi quodque levis causa moveret, erat (EPIST. Sapph. 79). MANIL. 4, 241 et nervos tribuit membris et acumina -i, et celeres motus, nec delassabile pectus *spicula*. SEN. Phoen. 159 effringe pectus -rque tot scelerum capax evelle. Thy. 99 flagrat incensum siti -r et perustis flamma visceribus micat. dial. 5, 14, 5 cum aequae -r suum quam filii transfixum *dolore* videret. nat. 4, 13, 11 sitim istam esse putas? febris est et eo quidem acrior, quod... -r ipsum excoquit luxuria. epist. 51, 13 proice quaecumque -r tuum laniant, quae si aliter extrahi nequirent, -r ipsum cum illis revellendum erat. PERS. 2, 54 pectore laevo excutiat guttas laetari praetrepidum -r. LVCAN. 7, 339 Pompeius stat -e gelato attonitus (cf. STAT. Theb. 2, 544 horrere comae sanguisque in -e gelari. 10, 622 alto -a *Creontis* metu glaciante). 9, 750 totisque furens exquireret arvis, quas poscebat aquas sitiens in -e venenum. STAT. Theb. 10, 673 *virtus* pectora dextra *Menoecii* permulsit tacite seseque in -e reliquit. cf. silv. 3, 1, 90 deus dilectaque Polli -a subit (SIL. 13, 319). silv. 5, 3, 12 quis sterili mea -a situ *obduxit*. SIL. 16, 541 multoque cruore exsatiata simul portantes -a sub umbras occubuere. TERT. idol. 4 quod cinis sit -r eorum et terra (resurr. 3 cf. VVLG. sap. 15, 10). adv. Marc. 4, 40 peponem, quem Marcion -is loco habuit. ITALA Ezech. 11, 19 et 36, 26 (Filastr. 151, 5 et VVLG.) aufer ab eis -r lapideum... da illi -r carneum (*καρδίαν τὴν λιθίνην... σαρκίνην*). Dan. 7, 4 (Priscill. tract. 1, 8 et VVLG.) -r hominis datum est *leanae*. II Cor. 3, 15 (Tert. adv. Marc. 5, 11, *qui fusius de imagine disserit*) velamen id ipsum in -e eorum (*κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν*, VVLG. super -r eorum. cf. Ps. AMBR. apol. Dav. II 9, 46). IREN. 5, 13, 4 si ergo nunc -a carnalia capacia spiritus fiunt. ZENO 2, 43, 2 *diabolus* variis atque igneis sagittis armatus, totius humani generis omni momento -a perstringens. HIER. in Ier. 31, 21 p. 1068 (ex LXX) da -r tuum in umeros (*καρδίαν σου εἰς τοὺς ὄμους*, VVLG. dirige -r tuum in viam rectam), illud significat, quod cogitationes debeat operibus iungere sive umeros contemplari portantium se. PSALT. Rom. 36, 15 gladius eorum intret in -r ipsorum (*καρδίαν*, VVLG. -a). VVLG. III reg. 8, 38 si quis cognoverit plagam -is sui. psalm. 118, 32 cum dilatasti -r meum. 118, 70 coagulatum est sicut lac -r eorum. Bar. 6, 19 -a vero eorum dicunt elingere serpentes. Ioel 2, 13 scindite -a vestra et non vestimenta vestra. AVG. civ. 5, 4 quid hic agit rota illa figuli, nisi ut homines luteum -r habentes in gyrum mittantur. 21, 6 inspirando eorum -bus virus occultum. *nota iocosa*: PAVL. Epid. 159 iam senatum convocabo in -e con-

siliarium (Most. 688). Pseud. 572 dum concenturio in -e sycophantias (Trin. 1003 metum). 742 murrinam passum defrutum, mel lam, mel quovis modi; qui in -e instruere quondam coepit pantopolium. PARTHEN. carm. 5 intuemur -isque amplexu tenemus et frumur mutuis tacito sic ore loquellis.

B speciatim: *partes cordis:* PLAVT. Curc. 238 lien enecat, renes dolent, pulmones distrahuntur, cruciatur iecur, radices -is pereunt, hiraes omnes dolent. Most. 165 amor et cupido in pectus perpluit meum... madent iam in -e parietes. Pseud. 1033 -r colligatis vasis expectat meum, ... ut exulatum ex pectore aufugiat meo. APVL. Plat. 1, 15 cum exardescit ira trepidansque celerioribus motibus vertex -is ipsius madens sanguine pulmonum excipitur mollitia, siti, frigore. TERT. adv. Prax. 7 solus ex deo genitus, proprie de vulva -is ipsius (Ps. PHOEBAD. fid. 2 de utero -is dei). adv. Marc. 4, 19 non enim audiebant ultro qui aures habebant, sed ostendebant aures -is necessarias (ZENO 2, 69 AVG. conf. 1, 5, 5 epist. 203 BENED. reg. prol. 1. 2 PASS. Petr. 14. cf. AVG. epist. 43, 22 non -e surdus audiret). 4, 30 hominem accipientem semen regni et seminantem in horto -is sui (cf. VVLG. Luc. 13, 19). ITALA (Tert. adv. Marc. 1, 20 al.) et VVLG. Ier. 4, 4 circumcidimini praeputia -is vestri. cf. ITALA (Tert. adv. Marc. 5, 13) et VVLG. Rom. 2, 29 (LACT. inst. 4, 17, 16 FILASTR. 112, 5 VVLG. sim. saepe). Eph. 1, 18 (Tert. adv. Marc. 5, 17) illuminatos -is oculos (*ὀφθαλμούς τῆς καρδίας*. cf. LACT. inst. 4, 26, 4 ZENO 1, 10, 4 HILARIAN. curs. temp. p. 155, 5 AVG. doct. christ. 4, 5, 7 in psalm. 84, 1 quae sept. 5, 50 al. CHROMAT. beat. 6 EVGIPP. Sev. 43, 4. DRAC. laud. dei 1, 473 lumina -is. sed cf. Orest. 911 sapientes, lumina -is). Ps. AMBR. serm. 58, 3 spinae -is, quae verbum dei etiam vulnerare consueverunt. HIER. epist. 22, 26 -is tui ostia clausa sint sponso (CASSIOD. in psalm. 145 praef. pulsat... alleluia ianuas -is). VVLG. or. Man. nunc flecto genu -is mei (*γόνυ καρδίας*). AVG. civ. 10, 3 deo sacrificamus... in ara -is igne fervidae caritatis. ORIENT. comm. 1, 399 accipe tela, quibus -is pia moenia serves. EVGIPP. Sev. 45, 1 in -is cubiculo supplicare. PAVL. PETRIC. Mart. 4, 6 non ut de misero melius claresceret ore, quod tam perspicui signasset pagina -is. GREG. M. moral. 2, 75 intus magnis clamoribus in -is foro litigatur. in Ezech. 1, 2, 3 ut vomer linguae nostrae proscindere non audeat terram -is alieni. cf. 1, 3, 16. nota: RVFIN. hist. mon. 1 p. 400^B quodammodo mugitum -is gemitumque edebat. GREG. M. in Ezech. 1, 7, 8 animal visionis per gressum -is inveniat quemadmodum gressum boni operis ponat.

III translate (cf. p. 930, 18): ISID. orig. 11, 1, 118 in -e omnis sollicitudo et scientiae causa manet. **A sedes affectuum:** 1 *generatim* (cf. HIER. epist. 64, 1 sensus in -e est, habitaculum -is in pectore): PLAVT. Amph. 1054 neque ullast confidentia iam in -e quin amiserim. Cist. 240 ei me <tot tam> acerba facere in -e. Epid. 146 facile tu istuc sine periculo et cura, -e libero fabulare. Merc. 363 nec... mi ulla spes in -e certast. Mil. 786 (cf. p. 937, 5) Most. 86 (cf. p. 936, 1). Pseud. 235 crucior. :: -r dura. Truc. 180 eo dicta lingua dulcia datis, -e amara facitis. CAECIL. com. 218 tantan huic invasit in -r t dain dulcitas? CATVLL. 64, 94 exagitans immiti -e furores Cupido. LVCR. 1, 923 acri percussit thyrsolaudis spes magna meum -r. 3, 874 subesse caecum aliquem -i stimulum *post mortem*. VERG. Aen. 10, 464 audiit Alcides iuvenem magnumque sub imo -e premit gemitum (Ov. met. 2, 622. 11, 709 attonito gemitus e -e trahuntur. HOMER. 975). 10, 870 aestuat ingens uno in -e pudor mixtoque insania luctu. 12, 18 olli sedato respondit -e Latinus. 12, 269 omnes turbati cunei calefactaque -a tumultu. CVLEX 161 stratus humi dulcem capiebat -e quietem. HOR. ars 98 si curat -r spectantis tetigisse querella. PROP. 2, 12, 6 fecit et humano -e volare deum. Ov. fast. 4, 160 inde Venus verso nomina -e tenet (sc. *Verticordia*). Pont. 1, 3, 32 confiteor misero molle -r esse mihi. trist. 3, 3, 57 quod potes extenua forti mala -e ferendo. FEST. p. 372 vecors est turbati et mali -is. PHAEDR. 2 epil. 18 fatale vitium -e durato feram (COMM. apol. 243. 400). SEN. Ag. 958 animos viriles -e tumefacto geris. Med. 442 etsi ferox est -e nec patiens iugi. nat. 1 praef. 6 non est tibi frons ficta... nec -r involutum nec avaritia. PETRON. 132 non et Vlixes cum -e litigat suo? frg. 25 *volutur Promethei* non est quem lepidi vocant poetae, sed -is <mala> livor atque luxus. PLIN. nat. 37, 203 Hispania vincit... vehementia -is. VAL. FL. 2, 187 evictaque matrum -a sacer Veneris gemitus rapit. 2, 647 *vestra* mitia cultu his etiam mihi (*Cyzico*) -a locis. 4, 158 diversaque regi -a gerens. 5, 290 scio perfida regis -a quidem. STAT. Theb. 3, 281 scopulos et aena precando flectere -a paro (*Martis*). 3, 679 gemitus Argia viri non amplius aequo -e ferens (7, 2). 7, 215 *Argivorum* -a levavit exhaustus sermone dolor. 11, 606 estne sub hoc hominis clementia -e? silv. 3, 3, 14 si cui -e nefas tacitum. 3, 5, 14 certe lascivia -e nulla. 4, 4, 102 vatis honorem -e exire veta. SIL. 1, 32 *Iuno* bellandi -a furore Phoenicum extimulat. 1, 63. Iuno... laudum spe -a fatigat *Hannibalis* (AVIEN. orb. terr. 548). 3, 246 Sychaeus... cui vano -a tumore maternum implebat genus. 3, 649 Bostar... stimulabat -a. 4, 49 inania -a ac fluxam morum gentem fovet. 4, 706 -e levem atque astus inopem contundere gentem. 7, 552 non aequavisse minorem solventur culpa, si sunt mihi (sc. *Fabio*) talia -a? (12, 306). 11, 387 tempus Poenorum... luxu -a importuna

domandi. 11, 556 *Hannibal* tumet ingenio, fraternaue -a non tarde agnoscas et virus futile linguae. 11, 573 atrociam novi -a *Romanorum*. 13, 282 Fides agitatque virum fallacia -a. 15, 458 *Laelius* ut cantu ducebat -a senatus. 16, 121 barbarico tot discordantia ritu -a virum. 17, 292 scitusque accendere -a laudibus. MART. 2, 8, 6 te credam -is habere nihil. 3, 27, 4. 7, 78, 4. ITALA (Filastr. 128, 6) et VVLG. exod. 4, 21 indurabo -r Faraonis (*σκληρονῶ τὴν καρδίαν*). et saepius similiter. cf. COMM. instr. 1, 40, 11 sed vos indurato -e subsannitis *deum* (apol. 867 cf. AVG. civ. 4, 25). HEGES. 2, 121 durtiam -is. ITALA deut. 8, 14 (Tert. ieiun. 6 al.) extollatur -r tuum. cf. VVLG. deut. 17 20. ITALA deut. 15, 7 (Tert. adv. Marc. 4, 16 et VVLG.) non avertes -r tuum nec constringes manum tuam a fratre tuo (VVLG. deut. 29, 18. 30, 17). psalm. 18, 9 (Tert. pudic. 5 et VVLG.). Ps. CATO dist. 1, 26 simulat verbis nec -e est fidus amicus. AVIEN. orb. terr. 279 inhospita semper -a rigent *Maurorum*. VVLG. exod. 4, 14 laetabitur -e (*ἐν ἔαντῶ*). Luc. 24, 32 nonne -r nostrum ardens erat in nobis? PHYSIOGN. 82 superbos et -e rigidos. OPTAT. 3, 3 p. 76, 19 exaltavit -r suum, non sicut -r hominis sed sicut -r dei (cf. AVG. civ. 20, 29). AMM. 28, 3, 6 -e celso ad vindictam compertorum erectus. CLAVD. 1, 248 nunc solvere multo nectare -a libet. AVG. civ. 1, 28 ex isto castitatis bono -r inflatum extulisse. 6, 4 qui -e obstinato sibi non fuerit inimicus. 9, 5 quid est autem misericordia nisi alienae miseriae quaedam in nostro -e compassio (in psalm. 125, 5 unde autem procedit eleemosyna? de -e). OROS. bist. 4, 6, 36 captum -r obliquat invidia, ut rectum natura non videat. SACR. Leon. p. 309 prostrato -e poscentes. DRAC. Romul. 10, 328 mulcentur iam -a ducis. EVGIPP. Sev. 11, 5 invisibilis *lux* -a fatentum solvebat in lacrimas. CASSIOD. inst. div. 32 omnes voluptates -is abicimus. nota *paene i. q. misericordia*: PAVL. NOL. carm. 31, 541 -e inopum vestrae pretium concludite vitae.

2 *speciatim:* a *sedes curae* (cordi est v. p. 940, 3): cf. VARRO ling. 6, 46 cura quod -r urat (PAVL. FEST. p. 50). ENN. ann. 51 aegro cum -e meo me somnus reliquit. PLAVT. Truc. 773 una cura -r meum movit modo. TER. Hec. 347 animus mihi redit et cura ex -e excessit. PACVV. trag. 276 lapit (*i. obdurefacit*) -r cura, aerumna corpus conficit. LVCR. 3, 116 est aliud... quod... omnis accipit in se... curas -is inanes. VERG. Aen. 4, 332 *Aeneas* obnixus curam sub -e premebat. 9, 223 (= 4, 528) lenibant curas et -a oblita laborum. CVLEX 91 haec cura est subdita -i. LYGD. 5, 12 nec -r sollicitant facta nefanda meum. MANIL. 5, 63 *Orion* finget curasque per omnes indelassato properantia -a vigore (v. l. -e videre). PHAEDR. 3 prol. 21 quamvis... curamque habendi penitus -e eraserim. SEN. epist. 80, 6 inter aerumnas -r ipsum excedentes necesse est agere felicem (PERS. 1, 78 ex PACVV.? AMM. 29, 5, 15 fessus aerumnis... imoque aestuans -e, nequid ultimae rationis ommitteret). STAT. Theb. 1, 400 in -e sedens aegrescit cura parenti. SIL. 7, 285 at non Sidonium curis flagrantia -a ductorem vigilesque metus haurire sinebant dona soporiferas noctis. 12, 496 curasque ita -e fatigat *Hannibal*. AMBR. obit. Valent. 36 *Valentinianus* fessa curis -a (sc. *sua*) mulcebat. HIER. epist. 64, 2 curis huius vitae praegraventur -a eorum. b *timoris vel terroris*: LACT. opif. 14, 4 affectum iracundiae in felle constitutum putant, pavore in -e. LIV. ANDR. carm. frg. 17 igitur demum Vlixi -r frixit prae pavore. ENN. ann. 548 at Romanus homo... -e suo trepidat. PLAVT. Pseud. 576 nam ea stultitiam, facinus magnum timido -i credere. 1215 mihi quoque edepol iam dudum ille Surus -r perfrigefacit. PACVV. trag. 292 ecfare quae -r tuum timiditas territet. TVRPIL. com. 47 brachia autem procera horrorem mihi ex -e exsuscitabant. CATVLL. 64, 99 quantos illa (*Ariadna*) tulit languenti -e timores. LVCR. 6, 14 nec minus esse domi cuiquam tamen anxia -a (-i *codd.*) atque animi ingratis vitam vexare querelis. VERG. georg. 3, 106 v. p. 931, 56. Aen. 1, 562 solvite -e metum Teucris (SIL. 12, 324). 12, 453 miseris heu praescia longe horrescunt -a agricolis. HOR. carm. 1, 23, 8 et -e et genibus tremit (*luditur notione propria*). Ov. epist. 5, 68 femineas vidi -e tremente genas. 14, 17 -r pavet admonitu temeratae sanguine noctis (met. 15, 514. VAL. FL. 3, 237 -a pavent *Cyzici*). met. 3, 690 excute -e metum (fast. 1, 16). SEN. Med. 926 -r pepulit horror. OCTAVIA 106 trepidante semper -e non mortis metu, sed sceleris (STAT. Theb. 3, 423). VAL. FL. 1, 734 talesque prementem -e metus... Aesona. 1, 799 sacer effera raptet -a pavor. STAT. Theb. 3, 310 ne mihi -e supremos concipe, cara, metus. 5, 32 redit ecce nefas et frigida -i Eumenis. Ach. 1, 42 seri materno in -e timores. SIL. 6, 381 claudibam sub -e metus. 9, 263 Paulo... cui femineo stant -e timores. 10, 545 tacitusque pererrat intima -a pavor. 15, 587 fremit amens -e sub imo ordo patrum. VVLG. lev. 26, 36 dabo pavorem in -bus eorum. deut. 1, 28 nuntii terruerunt -r nostrum. AMM. 26, 6, 8 intrepido -e crudissimus (*Haupt*. in rapido -e rudissimus *codd.*). c *doloris vel tristitiae*: ENN. ann. 482 haud temerest, quod tu tristi cum -e gubernas. v. p. 941, 52. PLAVT. Amph. 922 ego illud (sc. illum *Pal.*) scio quam doluerit -i meo. Truc. 454 quantum -e sapio dolorem. CAECIL. com. 79 hi sunt inimici pessimi, fronte hilario, -e tristi. Most. 149 -r dolet cum scio ut nunc sum atque ut fui (Ov. epist. 6, 76). VERG. Aen. 1, 209 *Aeneas* premit altum -e dolorem. Ov. met. 11, 329 patrisque dolorem -e tuli. trist. 4, 6, 16 hoc... maesta-

que -a levat. VAL. FL. 3,693 multusque viri cunctantia -a fert dolor. STAT. Theb. 1, 249 flammato versans inopinum -e dolorem. 2, 191 omnis -e resedit tristitia. 5,60 movet et caelestia quondam -a dolor. 9,824 pressum tacito sub -e dolorem. silv. 5, 1, 201 mersum in -e dolorem saevus agit. 5, 1, 248 quid nunc immodicos... fletus -e foves longumque vetas exire dolorem. SIL. 6, 86 *dolorem* non Sidonia tecta expulerint eversa meo de -e. 6, 379 -a moveri posse *Reguli*. TERT. scorp. 15 *Paulus* quid fletis, inquit, et contristatis -r meum? ITALIA psalm. 50, 19 (Filastr. 110,6) sacrificium deo -r contribulatum (*πνεῦμα*, VVLG. spiritus). Is. 65, 14 (Tert. adv. Marc. 4, 14 et VVLG.) vos clamabitis prae dolore -is (*saepius*). COMM. instr. 2, 32, 1 dolum (*i. dolorem*) -is relinquat mors. ZENO 2, 17, 1 clamat *propheta* non voce, sed corde (*sc. de profundis. cf. VVLG. thren. 2, 18*). VVLG. psalm. 50, 19 -r contritum et humiliatum. *sim.* AVG. civ. 5, 18 in eius -e orbitatis dolorem gloriae cupiditas vicerat. 14,9 magnam tristitiam et continuum dolorem -is de Israelitis habentem. 19,8 luctus quoddam non inhumani -is. CARM. epigr. 629, 8 mater abet in -e dolorem. **d irae, rabiei, insaniae** (*cf. APVL. Plat. 1, 13 irascentiam verum procul a ratione ad domicilium -is deductam esse. CLAVD. 8, 241 iram sanguinis regio sub pectore -is protegit*): CAECIL. com. 230 nunc... mi animus ardet, nunc meum -r cumulatur ira. ACC. trag. 450 -r ira fervit caecum. CIC. carm. frg. 27 -rque meum penitus turgescit tristibus iris. LVCR. 3, 294 *aeris* calidi plus est illis quibus acria -a iracundaque mens facile effervescit in ira. VERG. Aen. 1, 303 ponuntque ferocia Poeni -a. 6, 407 tumida ex ira tum -a residunt *Charontis* (HOR. sat. 2, 3, 213). VAL. FL. 5, 654 excidat iste ni tibi -e tumor. 6, 2 *Mars* acri -e tumet (*cf. STAT. Theb. 3, 600 Capaneus... longam pridem indignantia pacem -a tumens*). SIL. 10, 490 mansuescere -a nescia (17, 463). 13, 344 *Pan* permulsit -a furem. 15, 560 *Nero* rumpit flammato turbatus -e soporem. 15, 689 non tulit hanc iram tantosque in -e tumores barbarico *Livius*. ZENO 2, 15, 1 praedonum -a face furiali succensa. CLAVD. 3, 43 -e sub imo inclusam rabidis patefecit vocibus iram. DRAC. Romul. 8, 349 regis iam -a tepescunt. **CIC. Arat. 424 Orion** feras vecors amenti -e necabat. VERG. Aen. 6, 49 sed pectus anhelum et rabie fera -a tument *Sibyllae* (6, 80. *cf. SEN. Ag. 713 anhelata -a murmure incluso fremunt Phoebadis* [Herc. O. 1339 Oed. 38]). VERG. Aen. 10, 870 aestuat ingens uno in -e pudor mixtoque insania luctu (= 12, 667). LIV. 30, 44, 6 non laeti, sed prope amentis malis -is hunc... risum esse. AMM. 21, 1, 11 aperiunt... ventura cum aestuant hominum -a. SVLP. Sev. dial. 3, 15, 5 per Martini orationes fugatis ab illius -e daemonibus. SEDVL. carm. pasch. 4, 84 *Christum* cum vidisset iniquus humano sub -e latens. **nota de animalibus**: SIL. 13, 142 spumantis equi fera -a fatigans. NEMES. cyn. 212 *rabies* imas agit at sub -e medullas *canis*. **e cupidinis**: ENN. scaen. 279 utinam ne umquam Mede Colchis (cordis *trad.*) cupido -e (*Eurip. Med. καὶ νομὲνα καρδία*) pedem extulisses (LVCR. 4, 1138). Ov. trist. 3, 11, 58 quantaque vis avido gaudia -e feras. SIL. 14, 531 ad caedes Cyclopa -e libido. TERT. idol. 23 concupiscentia vel malitia in -r hominis ascenderit. ITALIA Ier. 7, 24 (Tert. adv. Marc. 4, 31) abierunt in his quae concupiverunt -e suo malo (VVLG. in voluntatibus et in pravitate -is sui mali). VVLG. Sirach 5, 2 ne sequaris... concupiscentiam -is tui. AVG. civ. 2, 2 cum funestioribus eorum -a cupiditatibus quam ignibus tecta illius urbis arderent. 5, 14 si maior in -e sit cupiditas gloriae (5, 18). 19, 5 vastet -a mortalium... libido ipsa dominandi. *sim.* OROS. hist. 3, 1, 3 per -a cunctorum aegra belli tabuisset intentio. **f amoris**: PLAVT. Epid. 133 quia meo neque cara est -i neque placet *ancilla* (Men. 246 TER. Eun. 201). Merc. 590 ita mi in pectore atque in -e facit amor incendium. Poen. 196 quamquam Cupido in -e vorsatur. [Mil. 997 *A in marg.* <er>a mea cuius propter amorem -r nunc miser<ae> co<ntremit?>. TER. Andr. 307 dare operam, qui istum amorem ex animo amoveas (ex -e eicias DON.)]. TVRPIL. com. 76 eius aspectus repens -r torporavit homini amore. AEDIT. epigr. 1, 1 dicere cum conor curam tibi, Pamphila, -is. CATVLL. 64, 54 indomitos in -e gerens Ariadna furores. 64, 124 *candem* ardenti -e furem. LVCR. 4, 1059 Veneris dulcedinis in -r stillavit gutta. VERG. Aen. 1, 722 *Cupido* vivo temptat praevertere amore iam pridem resides animos desuetaque -a *Didonis*. LYDIA 79 tanta meae vitae -is fecere rapinam. Ov. epist. 11, 26 nescio quem sensi -e tepente deum. met. 9, 502 nostro vetitus de -e fugabitur ardor. CORP. IV 2457 -e sit utrisque Venus Pompeiana propitia. STAT. Ach. 1, 667 in -e manebat ille diu deceptus amor. 2, 29 occultus sub -e renascitur ardor. FRONTO p. 95 N. Antonine, meo -i dulcissime. ITALIA cant. 4, 9 (Ambr. epist. 29, 20) -e nos cepisti (*ἐκαρδίωσας*, VVLG. vulnerasti -r meum). MART. CAP. 9, 917 (vers.) -a mulcent amor et canor iugati. CARM. epigr. 480, 9 dum vita manet, toto est in -e maritus. **nota de bestiis**: LVCR. 1, 13 volucres... percussae -a tua vi (*sc. Veneris*).

B sedes cogitationis et cognitionis: **1 generatim**: ENN. ann. 175 tum cum -e suo divum pater atque hominum rex effatur. scaen. 34 sed mihi neutquam -r consentit cum oculorum aspectu. PLAVT. Aul. 382 festo die si quid prodegeris, profesto egere liceat, nisi peperceris. postquam hanc rationem ventri -ique edidi. Cist. 509 satin istuc tibi in -e certumst? Mil. 196 quod

volutas tute tecum in -e (Most. 86 ego atque in meo -e, si est quod mihi -r, eam rem volutavi et diu disputavi. LVCIL. 1017 LAEV. carm. frg. 3. VERG. Aen. 1, 50 flammato secum dea -e volutans. 4, 533. 6, 185 ipse suo tristi cum -e volutat [GLOSS. V 545, 44 cum animo suo]. SEN. Herc. f. 1083 VAL. FL. 2, 568 SIL. 8, 177. 12, 556 *sim.* AVSON. 422, 3 SEDVL. op. pasch. 5, 38 PASS. sept. dorm. 8). PLAVT. Pseud. 760 quidquid incerti mi in animo prius... fuit, nunc liquet, nunc defaecatumst -r mihi. Trin. 223 multas res simitu in meo -e vorso (CAECIL. com. 41 non haec in -e versantur tibi?). 660 te haec dicta -e (*del. Camerarius*) spernere perpeti nequeo. Truc. 450 cumque eam rem in -e agito. BIBAC. carm. frg. 2 en -r Zenodoti, en iecur Cratetis (*de Valerio Catone*). CIC. Phil. 3, 16 *Balbus* qui propter haesitantiam linguae stuporemque -is cognomen ex contumelia traxerat. LVCR. 1, 737 ex adyto tamquam -is responsa dedere sanctius... quam Pythia. 4, 44 quamvis hebeti cognoscere -e (5, 882 HIER. epist. 27, 1. *cf. VAL. MAX. 6, 9, 1 hebetis atque obtusi -is. 7, 3, 2 LACT. inst. 2, 5, 4 HIER. epist. 82, 9. HIL. ad Const. 1, 7 quae obtusio intelligentiae est? quae -is hebetudo? [PHOEBAD. c. Arrian. 15]. CLAVD. 20, 48 retusi quisquam -is erit). LVCR. 6, 5 genuere virum tali cum -e reptum. VARRO ling. 7, 9 *cortumio* dicitur a -is visu, -r enim cortumionis origo. 7, 49 *cortina* a -e, quod inde sortes primae existimatae. VERG. Aen. 12, 223 Iturna... vidit... volgi variare labantia (-entia R) -a. LABEO dig. 50, 16, 242, 3 vidua sic dicta est quasi vecors, vesanus, qui sine -e aut sanitate esset. MANIL. 3, 203 forsitan et quaeras agili rem -e notandam. 4, 528 nec triste ingenium, sed dulci tincta lepore -a creat. PAVL. FEST. p. 61 corculum a -e dicebant antiqui sollertem et acutum. p. 292 secordiam quidam pro ignavia posuerunt; Cato pro stultitia posuit. compositum... ex se quod est sine et -e. PHAEDR. 4 prol. 3 consilium tacito -e damnavi <meum>. 4, 15, 11 Prometheus... semisomno -e et errore ebrio applicuit virginale generi masculo. PETRON. 59 tu cum esses capo, cocococo, atque -r non habebas (*cf. l. 82. p. 932, 37*). PLIN. nat. 2, 87 mirum quo procedat improbitas -is humani. 17, 29 sunt quaedam in alto secreta et suo cuique -e pervidenda. 18, 36 *vilibum* quam proximum domino -e esse debere et tamen sibimet ipsi non videri. MART. 6, 64, 16 tibi -r limante Minerva. 14, 219 accipe -r *bubulum*, quod habes (*ludit notione propria. cf. Ivv. 16, 23 dignumque erit ergo declamatoris mulino -e Vagelli [SCHOL. ad l. ignavus]. HYG. fab. 191 p. 122 quale -r in iudicando habuisti, tales et auriculas [sc. asini] habebis*). STAT. Theb. 4, 490 *Tiresias et filia* formidine nulla erant; quippe in -e deus (*cf. 10, 221 omnibus idem -e deus. et p. 938, 74*). 10, 232 nutritor equorum... vacuo sub -e movet. silv. 5, 1, 79 digna evolvere tantas sobria -a *iuvenis* vices. SIL. 13, 803 *Vlixen* -e aequantem Peleia facta. 15, 129 iuvenis... ingentia -e molitur. TERT. anim. 15 dominus ipse recogitatus -is in populo praevenit. adv. Marc. 4, 28 *al. occulta -is* (AMBR. in psalm. 118 serm. 21, 24. *cf. HIER. epist. 54, 13 -is arcana*). ITALIA prov. 18, 4 (Ambr. virginit. 19, 121) aqua alta consilium in -e viri (*καρδία*, VVLG. ore). Is. 44, 25 (Tert. adv. Marc. 4, 25) divinationes ex -e (*ἀπό καρδίας*, Tert. adv. Prax. 19 a -e. VVLG. *aliter*). Matth. 6, 25 (Hil. in Matth. 5, 6) ne cogitetis in -e vestro (*τῆ ψυχῆ*, VVLG. animae vestrae). CYPR. domin. orat. 31 sacerdos dicit 'susum -a' ut... plebs... admoneatur nihil aliud se quam dominum cogitare debere (COMM. instr. 2, 35, 14 AVG. civ. 14, 13). COMM. instr. 1, 16, 5 lusus puerilis cessit: sic et -a recedant. 19, 15 si -e viges. 27, 13 si -e retractes. ARNOB. nat. 2, 60 quamvis mille per -a suspicio se porrigat atque intendat humana. 5, 4 -is Numae vivacitas. *ibid.* te captum argutia -is humani (PRISCILL. tract. 8, 119). 6, 26 adeone mortales... -e fuerant vacui, rationis sensusque nullius. LACT. inst. 3, 15, 19 quae doctrina... non in -e philosophi, sed in sinu meretricis est nata. 3, 20, 9 aliquid ergo Socrates habuit -is humani. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 2, 10 concordia *ὁμονοία*, eodem -e eadem *ἐννοία*. HIL. ad Const. 2, 6 fides scribenda est, quasi in -e non sit. c. Const. 25 quod -r non ad damnationem anterioris sententiae demutasti. ZENO 1, 7, 1 sapientes... -r suum... argumentis insolentibus extulerunt. FILASTR. 131, 3 proiciat de -e suo malam cogitationem. VVLG. gen. 6, 5 cogitatio -is *al. deut. 29, 4 non dedit vobis dominus -r intellegens. prov. 10, 13 virga in dorso eius qui indiget -e (ἄνδρα ἀνάσθιον)* AMM. 16, 12, 55 celeri -e futura providens Caesar (20, 4, 19). 24, 3, 8 sublimitatemque -is extollebat in caelum. CLAVD. 5, 284 proderet incautis qui -a minantia verbis. 70 rapt. Pros. 2, 12 Venus et raptus metitur -e futuros. AVG. civ. 7, 27 possidendis etiam stultis -bus. 21, 5 deficiat ratio -is et sermonis humani. 22, 6 cogitatio firmissimi ac patientissimi -is. c. Iul. op. imperf. 1, 24 si christiano -e cogitares (gen. ad litt. 10, 25 p. 328, 23). SEDVL. carm. pasch. 2, 138 -e videbatur senior *Iesus* (op. pasch. 2, 11 seniore esse prudentia). 5, 380 dubiamque fidem *Thomas* sub -e gerebat. EVSTATH. Bas. hex. 1, 1 p. 868^B altitudinem -is historici non valeamus attingere. COMPVT. Carth. 1, 8 si somnulentia -is... non opprimerit sensum. PAVL. PELL. 83. DRAC. laud. dei 1, 360 viderat omnipotens haec illum -e moventem. GREG. M. moral. 1, 28 si ignorantiae obscuritas sine dubitatione nox -is est. CARM. epigr. 709, 13 -e lustrans abdita cuncta fastigia poli. **nota de animali**: MART. 11, 84, 17 unus de cunctis animalibus hircus habet -r. *cf. l. 32. AVG. epist. 98, 4 quod miraculo divino non -i asinino tribuendum est.**

2 speciatim: **sedes**: **a sapientiae**: LACT. opif. 10, 11

-r, quod sapientiae domicilium videtur (cf. etiam p. 931, 76). SCHOL. Pers. 1, 12 *physici dicunt* homines -e sapere. PLAVT. Epid. 384 sed qui perspicere possent -r sapientiae [igitur perspicere ut possent -is copiam]. Mil. 336 neque te quicquam sapere -e neque oculis uti? 786 cuique *mulieri* sapiat pectus; nam -r non potest, quod nulla habet. Persa 623 di istam perdant... ut sapiens habet -r. PACVV. trag. 300 sive adeo -r sapientia imbutum foret. CIC. fin. 2, 24 nec enim sequitur, ut, cui -r sapiat, ei non sapiat palatus (*lusus verborum*. 2, 91). MANIL. 2, 898 sub -e sagaci conde locum numenque dei (SIL. 8, 464). ARNOB. nat. 2, 12 dum vestris fidentibus -bus et quod typ(h)us est sapientiam vocatis. VVLG. exod. 28, 3 sapientibus -e (*τῆ διανοία*). *sim.* VVLG. Rom. 1, 21 insipiens -r eorum (*ἀσύνετος αὐτῶν καρδία*). AVG. civ. 6, 1 itane desipit -r humanum.

b cognitionis, intellegentiae: GRAMM. suppl. 174, 26 'anima' vivit, 'animus' et 'ratio' sapit, '-r' intellegit. CASSIOD. in psalm. 103, 15 -r pro rationabili intellectu poni frequens scriptura testatur. ENN. ann. 43 errare videbar... et quaerere te neque posse -e capessere. PLAVT. Cas. 188 hau satis meo -e accepi querelas tuas. Pseud. 769 quantum ego nunc -e conspicio meo. LVCR. 5, 1456 alid ex alio clarescere -e (*Polle*, -is *codd.*) videbant. VERG. georg. 1, 123 pater... movit agros curis acuens mortalia -a. STAT. Theb. 8, 261 Adrastus laetificos tenui captabat -e tumultus. Ach. 1, 896 -a parumper huc adverte libens atque has bonus accipe voces. GRAN. LIC. p. 8, 3 opus fuit nostro -e noscere quantum memoriae tradere. APVL. met. 1, 3 tu vero crassis auribus et obstinato -e respuis, quae forsitan vere perhibeantur. Plat. 1, 14 ut quae prudentia -e conceperit, ea sensa promat oratio. TERT. spect. 30 quae nec oculus vidit nec auris audivit nec in -r ascenderunt (cf. ITALA [Tert. resurr. 26] et VVLG. I Cor. 2, 9 et *postea saepius*). adv. Marc. 4, 19 videte... ne aure audiatis et non audiatis, non -e scilicet audientes, sed aure. 5, 11 *deus* infidelium huius aevi excaecat -r, quod Christum eius non ultro recognoverint (*bis*. cf. AVG. civ. 18, 35. 20, 8 in quorum cotidie... caecis et profundis -bus includatur *diabolus*). ITALA deut. 32, 46 (Lugd.) attendite -e ad (ab *cod.*) omnia haec verba (*προσέχετε τῆ καρδία*, VVLG. ponite -a vestra). Is. 6, 10 (Tert. adv. Marc. 3, 6) -e coniciant (*καρδία συνῶσι*, VVLG. -e suo intellegat. TERT. ieiun. 6). Luc. 24, 25 (Tert. adv. Marc. 4, 73 cf. Filastr. 156, 3) insensati et tardi -e in non credendo (VVLG. tardi -e ad credendum) *al.* COMM. instr. 2, 36, 5 optima mihi (sunt) bibere et -a sopire (apol. 16 -e sopiti nil sibi proponunt cognoscere). LACT. inst. 5, 3, 18 disce igitur, si quid tibi -is est. mort. pers. 2, 2 *Christus* aperuit -a eorum et scripturas interpretatus est. ZENO 2, 65 quamdiu bruti -is... nec probando cognoscis. 2, 74 credulo percipe -e. AMBR. in psalm. 118 serm. 10, 45 grande enim -r est a domino creatum, quod recipiat verbum de caelestibus virtutibus. HIER. epist. 98, 1 pleno -is intuitu radios sermonis divini quiverint sustinere. VVLG. exod. 7, 23 *Pharao* nec apposuit -r etiam hac vice (*ἐπέστησε τὸν νοῦν αὐτοῦ*). deut. 29, 4 non dedit vobis dominus -r intellegens. CLAVD. 4, 14 nostrae patientiae -a remitte lyrae. 24, 132 nec -a decorem *Romae capiunt*. AVG. civ. 18, 39 *litteras* introducant quodam modo in -a discentium. serm. 153, 2, 3 clausum -r habes et clavem accusas? ALC. AVIT. carm. 4, 647 istum -e vide (*sc. vitalem arcum*). ARATOR ad Vigil. 22 res si qua mihi mystica -e datur. INSCR. christ. Hisp. suppl. 361, 9 hic timor hic doctrina datur, hic -a docentur.

c memoriae: VARRO ling. 6, 46 recordare rursus in -r revocare. PLAVT. Poen. 578 iam tenes praecepta in -e? LVCL. 190 scriptoris quam vera manet sententia -i (MANIL. 2, 638). CATVLL. 64, 231 ut memori tibi condita -e haec vigeant mandata. STAT. Ach. 1, 953 hunc (*sc. memoriam pueri*) saltem sub -e tene. silv. 3, 5, 55 sic nunquam -e recedit nata tuo, fixamque animi penetrabilibus imis... tenes. SIL. 7, 57 spes heu fallaces oblitaque -a caducum (*sc. Fabiorum*). TERT. idol. 23 *Zacharias*... cum manibus suis a -e dictat. VVLG. psalm. 30, 13 oblivioni datus sum tamquam mortuus a -e (*ἀπὸ καρδίας*). prov. 3, 3 describe in tabulis -is tui (*πλάτος τῆς καρδίας σου*. 7, 3). *sim.* II Cor. 3, 2 (HIER. epist. 9). INSCR. christ. Rossi I 518, 9 (*a. 403*) legenti simul redeat sub -e figura. AMM. 19, 3, 2 clam altissimo -e retinens (20, 5, 10 id retineto imo -e. NICET. p. 52, 5). CLAVD. 28, 581 illumque diem sub -e referres. NICET. p. 8, 9 brevitatem symboli in -e memoriter teneat. BENED. reg. 9 lectio apostoli ex -e recitanda. cf. 12.

nota fere i. q. consciencia: TERT. anim. 15 *Iohannes* -e ait suo unumquemque reprehendi. cf. VVLG. I Ioh. 3, 20. Iob 27, 6 neque enim reprehendit me -r meum (*σύννοια ἐμῶν*). IVVENC. 4, 620 se libera sanguinis huius -a tenere sibi. AVG. in epist. Ioh. 8, 9 si -r vestrum non vos accusat.

C sedes voluntatis sim.: AVG. c. Iul. op. imperf. 2, 230 non ergo ex -e, hoc est ex voluntate. PLAVT. Capt. 530 nisi si aliquam -e machinor astutiam. Merc. 346 nec quid -e nunc consili capere possim scio. TER. Phorm. 321 cedo senem: iam instructa sunt mihi in -e consilia omnia. CATVLL. 64, 294 consequitur sollerti -e Prometheus. VERG. Aen. 6, 675 vos, si fert ita -e voluntas, hoc superate iugum. VAL. MAX. 1, 6, 13 v. p. 931, 30. SIL. 11, 45 collidens dissona -a seditio. STAT. Theb. 5, 37 vos arma vocant magnique in -e paratus. silv. 1, 2, 58 nec -i fixa voluntas. TERT. adv. Prax. 23 *diabolus* in -r Iudae non filii traditionem, sed patris ipsius immiserit. TREN.

Gall. 9, 3 nec tamen Gallienus ad talia movebatur obstupefacto voluptatibus -e. AMBROSIAS. in Rom. 12, 7 hoc sequitur unumquemque, quod conatur ex -e. VVLG. I par. 12, 33 venerunt in auxilium, non in -e duplici (*ὁ ἡγερέως*. AVG. de serm. dom. 2, 22, 75). AVG. civ. 15, 3 non amor propriae ac privatae... voluntatis, sed... ex multis unum -r faciens. in euang. Ioh. 18, 8 cum scribimus litteras, facit eas primo -r nostrum, et deinde manus nostra. de mend. 16, 31 *os in scriptura* conceptaculum ipsum -is significat, ubi placet et discernitur, quidquid... enuntiatur. CYPR. GALL. Ios. 425 duci coniuncta Chalebus -a gerens. ALC. AVIT. carm. 5, 325 nequam si forte velint ex -e morari. *fere i. q. inclinatio:* MART. 12, 44, 2 qui geris et studio -a propinqua meo. APVL. Socr. 19 p. 164 qui... non suopte -e, sed alterius verbo reguntur. TERT. scorp. 3 illic -r habentes, ubi et thesaurum (anim. 57 cf. VVLG. Luc. 12, 34 *sim.* psalm. 61, 11 HIER. epist. 22, 30). HIER. Apoll. rec. A 51 donavit ei... vestes et unguentum secundum -r suum. *sedes audaciae:* PRIAP. 2, 6 nam sensus mihi -rque defuisset castas... sorores auso ducere mentulam ad Priapi. SIL. 3, 505 languida maestis -a virum fovet hortando. 7, 405 sed si compescere -a *Minucio* non datur oranti *Fabio*. 14, 494 fervida -a. HIER. epist. 98, 8 tota -is audacia praedicemus. CLAVD. 20, 233 pavor postquam resoluta -e quievit.

D mens, animus (opp. corpus, caro): cf. TERT. resurr. 40 (*ad ITALAM* Eph. 3, 17) in -bus autem dicens, quae substantiva sunt carnis, iam et ipsum anteriorem hominem deputavit, quem in -e constituit. CASSIOD. in psalm. 137, 1 -r significat mentis arcanum, unde taciti clamamus ad dominum, et preces nostrae multo efficacius audiuntur quam si magnis clamoribus personemus. ENN. ann. 532 pandite sultis genas et -e relinquire somnum. VARRO ling. 5, 74 concordia a -e congruente. GELL. 17, 17, 1 Ennius tria -a habere sese dicebat, quod loqui graece et osce et latine sciret. COMM. apol. 584 Vergilius legitur, Cicero aut Terentius item; nil nisi -r faciunt, ceterum de vita siletur. AVIEN. orb. terr. 1087 claris -r studiis acuit. MACR. sat. 1, 6, 17 si -e praestarent *pueri*. EVGRAPH. Ter. Eun. 399 p. 421, 21 ex alieno labore gloriam praeparatam solo sermone in se transferre potest, quicumque instructus est -e. CARM. epigr. 473, 6 usus et arsque mihi fuerat studioso -e reperta.

inprimis apud scriptores ecclesiasticos ex usu scripturae sacrae fere i. q. anima: cf. AVG. gen. ad litt. 10, 6 p. 302, 18 si nomine -ium voluerimus animas intellegere (*de* VVLG. psalm. 32, 15). TERT. orat. 17 *deus* autem non vocis sed -is auditor est. ieiun. 6 incrassatum erat -r populi (cf. ITALA Is. 6, 10 [Tert. adv. Marc. 3, 6]. VVLG. excaeca -r populi [COMM. instr. 1, 38, 2. apol. 401 *sed* 460 -e caecati]). TERT. orat. 17 cui -r erectum potius inveniebatur quam impingatum. anim. 9 soror... quorundam -a dinoscit. adv. Marc. 2, 19 innocens autem et purus -e. 3, 14 traductiones -is, compungentes et transfigentes conscientiam quamque. 4, 26 *in cuius* manu etiam -a sunt regum. 4, 38 an ut ex ore ipsorum iudicaret illos vel ex -e? ITALA Matth. 5, 28 (Tert. anim. 15 *al.*) adulteravit in -e (*ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῆ καρδία αὐτοῦ*, Tert. pudic. 5 et VVLG. moechatus est eam in -e suo). 19, 8 (Tert. adv. Marc. 4, 34 et VVLG.) propter duritiam -is vestri. Luc. 21, 34 (Tert. adv. Marc. 4, 39) ne graventur -a eorum crapula et ebrietate. COMM. instr. 1, 30, 19 tollite -a fraudis divites et sumite pacis (*i. fraudulenta, pacata*). 1, 34, 10 levitia vos -a perducunt poenali barathro. 2, 15, 6 malitia(m) nullus dimittit [ita] aequae de -e. 2, 15, 12 *dei* filios rectos -e bonos (cf. VVLG. psalm. 7, 11. 10, 3). 2, 18, 9 penetrat qui singula -a *deus*. 2, 19, 21 sancta dei mulier divitias -e demonstrat. apol. 580 sufficiunt ista rudibus bono -e tuenda (718 Ps. HIL. dedic. eccl. p. 880^p VVLG. Luc. 8, 15). 679 aqua lavat sordes non intima -is iniqua. LACT. ira 24, 14 sit nobis *deus* non in templis sed in -e nostro consecratus. HIL. c. Const. 5 *Constantinus antichristus* non latera vexat, sed -r occupat. Ps. HIL. dedic. eccl. p. 879^p penetrabilia -ium nostrorum semper necessariis bonorum operum decoremus ornatibus (ZENO 1, 1, 5. 1, 2, 7). AVIEN. Arat. 298 nullique obnoxia culpae -a. 1176 furor sceleris penetraverat oestro impia -a viri (PROSP. carm. de ingr. 75 SEDVL. op. pasch. 5, 25). PRISCILL. tract. 3, 68 spiritum sanctum -r electi hominis intrasse (HIER. in Matth. 18, 2 p. 137). AMBR. in psalm. 1, 24 etsi dormis, -r tuum vigilet, -r tuum non ferietur (inst. virg. 17, 111 VVLG. cant. 5, 2). 37, 39 -r salutis signa demonstrat, quando causas suae perturbationis agnoscit. 118 serm. 19, 3 clamat ergo -r nostrum non sono corporis, sed cogitationum sublimitate, contentuque virtutum *al.* off. 3, 1, 1 David propheta docuit nos tamquam in ampla domo deambulare in -e nostro et conversari cum eo tamquam cum bono contubernali. epist. 8, 14 dat tibi *deus* in spiritu, et in -e tuo seminat dominus. virginit. 19, 123 in -e amat esse *Christus*. AMBROSIAS. in Rom. 2, 28 -is enim meritum est, quod respicit *deus*, non carnis. HIER. epist. 15, 4 sacrilegium tantum religiosa populorum -a non hauriant. 143, 1 *haeresis* infecit -a multorum. 147, 1 secundum duritiam autem tuam et -r impaenitens (AVG. civ. 21, 24 *al.*). PSALT. Rom. 21, 27 vivet -r eorum in saeculum saeculi (*καρδία*, VVLG. vivent -a). 31, 5 impietatem -is mei (*τῆς καρδίας*, VVLG. peccati mei). VVLG. gen. 20, 6 quod simplici -e feceris. I Petr. 3, 4 *multierum* non sit extrinsecus capillatura... aut indumenti vestimentorum cultus, sed qui absconditus est -is homo (*τῆς καρδίας ἀνθρώπος*). cf. AMBR. epist. 38, 2 nemo

ante Petrum tali expressione usus est. RvFIN. hist. mon. 1 p. 393^c. AvG. civ. 1, 1 *Christi* nomini resistunt -e perverso (15, 7 al.). 1, 28 nec audio quod vobis interrogata vestra -a respondent. 2, 26 multo minus audebant sacra *deae* . . . casto -e damnare. 4, 30 in -bus religiosis. epist. 33, 1 me sincero -e agere. in psalm. 62, 15 qui mala publice operantur, sunt quidem in luce solis, sed in tenebris -is. SvLP. Sev. Mart. 10, 2 eadem in -e *Martini* humilitas, eadem in vestitu eius vilitas erat (EvgIPP. Sev. 25, 3). VITAL. CONST. epist. 1 p. 848^c de bono thesauro -is tui nostris visceribus irrigari iubeas (PARTHEN. epist.). ALC. AvIT. carm. 6, 648 praemia servati -is sic percipit *Ioseph*. ENNOD. epist. 3, 26 p. 90, 21 caritatem nesciunt pia -a deserere. CORP. XIII 2200 vixit . . . integro -e. *nota translationem*: ITALA (Firm. err. 23, 2) et PsALT. Rom. 44, 6 sagittae tuae acutae, populi infra te decident (VvLG. sub te cadent), in -e inimicorum regis (ἐν καρδίᾳ τῶν ἐχθρῶν τοῦ βασιλέως, VvLG. in -a).

E de ipsa persona: 1 *sing.*, i. q. ego, tu, ille: ENN. ann. 382 quem (*Hannibalem*) credit esse meum -r (*Antiochus loquitur*) suasorem summum . . . belli. PLAVT. Capt. 636 *cf. p. 931, 48*. TVRPIL. com. 87 satine ut <se?> meum -r voluptatibus dat? FRONTO p. 228, 18 N. *Iovem* cum -e suo agitasse. ITALA (Tert. adv. Prax. 7 al.) et VvLG. psalm. 44, 2 eructavit -r meum sermonem optimum (ZENO 2, 5, 1) al. VvLG. num. 16, 28 ex proprio ea -e protulerim (ἐπ' ἐμαυτοῦ). et *passim*. HIER. epist. 36, 16. OPTAT. 3, 3 p. 78, 16 extulit -r suum. CLAVD. 22, 31 fides . . . -e tuo delubra tenens. AvG. civ. 1, 10. DRAC. satisf. 210 qui sua -a domat. PERS. 6, 10 -r iubet hoc Enni, postquam destertuit esse Maeonides. VAL. FL. 3, 722 maerent Poeantia -a. SIL. 15, 329 magnis muliebria vincere -a pollicitis (i. sororem). *nota de homine amato*: PLAVT. Bacch. 17 -r meum, spes mea, mel meum, suavitas, cibus gaudium (Poen. 367. v. etiam 383. 388 [390^a]). PAVL. NOL. carm. 31, 381 mei fratres, mea cura, meum -r. AVIEN. ora 51 pars mei -is Probe.

2 i. q. homines: VERG. Aen. 5, 729 lectos iuvenes, fortissima -a. 8, 265 nequeunt expleri -a *Herculis* tuendo terribilis oculos, vultum villosaque saetis pectora *Caci*. 10, 87 quid gravidam bellis urbem et -a aspera temptas? (sc. *Venus*). 9, 54 *hostes* Teucrum mirantur inertia -a non aequo dare se campo . . . sed castra fovere. PROP. 4, 1, 12 curia . . . pellitos habuit rustica -a patres. Ov. met. 10, 351 sorores, quas facibus saevis oculos atque ora petentes noxia -a vident. MANIL. 5, 135 hinc fidae mentes tremebundaque -a creantur. 5, 144 Bacchi Venerisque sequaces, perque dapes mensasque super petulantia -a. VAL. FL. 3, 375 an sibi (tibi v. l.) nectunt -a moras? MART. 14, 191 ut perhibent doctorum -a virorum. STAT. Theb. 7, 533 flexa Pelasgum -a labant. silv. 1, 2, 183 quas ego non gentes, quas non face -a iugavi? 5, 3, 191 non tibi certassent iuvenilia fingere -a Nestor et . . . Phoenix. SIL. 1, 615 exiguo faciles et opum non indiga -a. 7, 124 domat exultantia corda *Poenorum* sollers cunctandi Fabius. 12, 737 fraudem insidiasque putant et Punica -a. FRONTO p. 229, 9 N. sucos, quibus -a hominum somnus sopiret (*cf. APVL. met. 4, 18*). TERT. adv. Marc. 2, 2 <Esaias> . . . prospiciens haeretica -a. ITALA prov. 21, 1 (Tert. orat. 5) in manu *dei* -r omnium regum est (καρδίᾳ βασιλέως, VvLG. regis). Is. 66, 14 (Tert. resurr. 31 et VvLG.) gaudebit -r vestrum et saepius VvLG. COMM. instr. 1 praef. 3 discredunt inscia -a *bonum aeternum fieri*. VvLG. psalm. 103, 15 vinum laetificet -r hominis (καρδίαν). et *sim. passim*. CLAVD. 20, 116 si -a parumper respirare sinas. rapt. Pros. pr. 10. MART. CAP. 1, 91 (vers.) infanda premit sensa silentium, ne vulgata ciant -a doloribus. MAR. VICTOR aeth. 3, 701 -a profana vile putant quodcumque licet (FERRAND. epist. 3, 5). SIDON. epist. 3, 7, 4 mage differunt quam relinquunt semel radicatam -a formidinem. PRISC. periheg. 221 Nilum iuxta habitant sapientum -a virorum. VvLG. Is. 40, 2 loquimini ad -r Ierusalem (εἰς τὴν καρδίαν I., Ier. 4, 14. *cf. HIER. in Is. l. l. p. 479* idioma scripturarum est. qui enim maerent loquitur et blandiens consolator est, ad -r loqui dicitur). Ezech. 14, 5 ut capiatur domus Israel in -e suo (κατὰ τὰς καρδίας αὐτῶν). ENNOD. carm. 1, 13, 14 sermone mundi praepotens et -a mundi contulit *apostolis*. CASSIOD. var. 1, 3, 3 cum adhuc fluctuantibus rebus provinciarum -a vagarentur. *nota de inferis*: VERG. georg. 4, 470 *Orpheus* adiit . . . nesciaque humanis precibus mansuescere -a. *de animalibus*: LvCR. 5, 864 at levisomna canum fido cum pectore -a. STAT. silv. 3, 3, 74 qui metuenda ferarum -a domant.

F de rebus non animatis: TERT. anim. 55 in -e terrae . . . id est in recessu intimo et interno eqs. (HIER. in Is. 7, 10 p. 106 RvFIN. Orig. in gen. 17, 5 patr. 1, 2). VvLG. psalm. 45, 3 transferentur montes in -r maris (ἐν καρδίᾳ θάλασσῶν. *cf. Ezech. 27, 4 et 25 sqq.*). Ion. 2, 4 IV Esdr. 4, 7, 13, 25. OPTAT. 3, 3 p. 79, 14 in -e maris, id est in amore saeculi). CLAVD. 26, 577 visceribus mediis ipsoque in -e (i. patria) videtis bella geri. AvG. doctr. christ. 4, 5, 7 -r *scripturarum* sui -is oculis vident. MACR. somn. 1, 20, 6 *mentem mundi* physici -r caeli vocaverunt. AvELL. p. 746, 14 *carbunculus* inventus est . . . in -e lapidis. DRAC. laud. dei 1, 156 arida materies rapitur de -e fluenti. CASSIOD. var. 2, 39, 11 -a illa, ut ita dixerim montium. *nota audaciora*: PAVL. NOL. epist. 12, 5 ut qui exaltationis spiritu cadere merueramus -e humilitatis resurgere disceremus. GREG. M. moral. praef. 16 haeretici nisi vetustatis -r traherent in novae vitae intelle-

gentia non errarent. *cf. -r sapientiae* (PLAVT.) p. 937, 2. et -a fraudis (COMM.) p. 938, 52.

2 *ornamentum circulare ab hominibus gestatum: a insigne sollemnitatis, plerumque laetitiae, raro maeroris*: VARRO ling. 5, 62 -a vinculum capitis. HYG. astr. 2, 15 p. 54 *Promethea* -am habuisse dixerunt, ut se victorem impune peccasse diceret: itaque homines in maxima laetitia victoriisque -as habere instituerunt, id exercitationibus et conviviis perspicere licet. LEX XII tab. (Cic. leg. 2, 60) ne sumptuosa respersio, ne longae -ae nec acerrae (*in funere*). PLAVT. Amph. 999 capiam -am mi in caput, assimulabo me esse ebrium (HOR. sat. 2, 3, 256 ex collo . . . carpsisse -as. Ov. met. 15, 610 dempta . . . -a. fast. 2, 105 capit ille -am quae possit crines, Phoebe, decere tuos). ASIN. 879 CAS. 767. 796 progreditur cum -a (Men. 463 cum -a exit foras). Men. 555. 563. 565. 629. 632 ante aedes cum -a florea vidi astare. Pseud. 1287. CATO orig. 112 mulieres opertae auro purpuraque diadema, -as aureas. COM. pall. inc. 32 (*fortasse Naevii*) sibi cum tetulit -am ob colligandas nuptias. TVRPIL. com. 201 -am, mensam, talos, vinum. VARRO Men. 121 -am ex auro et gemmis fulgentem gerit. 307 capitis -a. 413 populum ἀσύμβολον cum -a laurea demitteret cubitum. CIC. Verr. 6, 27 -am habebat unam in capite, alteram in collo. or. frg. A VI 1 humus erat . . . -is languidulis et spinis cooperta piscium. *ibid.* unguentis oblatum, redimitus -a (rep. 4, 5 Homerum redimitum -is et delibatum unguentis. LVCR. 5, 1399 caput atque umeros plexis redimire -is. Ov. fast. 3, 269 frontem redimita -is. SEN. Ag. 375 tibi nexilibus turba -is redimita venit. CVRT. 9, 10, 26 ibant amici et cohors regia [*sc. comissabundi*] variis redimita floribus -isque). CIC. de orat. 2, 250 *Scipione* -am sibi in convivio ad caput accomodante. Tusc. 6, 62 iam ipsae defluebant -ae. Att. 14, 19, 3 de coronatis (*ludis Parilibus*; cf. 14, 14, 1) . . . rescripsit se -am habuisse honoris Caesaris causa, posuisse luctus gratia (*i. deposuisse*). VAL. MAX. 5, 10 ext. 2 nec ideo *Xenophon* institutum deorum cultum omittendum putavit, sed tantum modo -am deponere contentus fuit. SIDON. epist. 1, 5, 11 -am [*sc. coniugalem*] sponsus . . . deponit). LVCR. 3, 913 ubi discutere tenentque pocula saepe homines et inumbrant ora -is. 4, 1132 pocula crebra, unguenta, -ae, sarta parantur. NEP. Ages. 8, 4 unguenta, -as . . . dispertit. VERG. Aen. 1, 655 *dant* duplicem gemmis auroque -am (Ov. ars 1, 582 huic detur capiti missa -a tuo. 3, 68. met. 13, 704 *dant* . . . auro gemmisque -am). HOR. carm. 1, 7, 23 *uda* Lyaeo tempora populeā fertur *Teucer* vinxisse -ā (*i. quasi sacrificabundus, non recte* PORPH. *ad l.* Ov. met. 11, 91 vincitumque -is. CLAVD. 10, 336 vincire -a [*in nuptiis celebrandis*]). HOR. carm. 1, 17, 27 *scindat* haerentem -am crinibus. 1, 26, 8 *apricos* nocte flores, nocte meo *Lamiae* -am (1, 38, 2 displicent nexae *philyrā* -ae. 4, 11, 3 *nectendis* apium -is. CLAVD. 10, 203 *geminas* . . . nocte -as. 13, 2 *comas* molli nocte -a). 2, 7, 24 quis udo deproperare apio -as, curatve myrto? 3, 14, 17 *pete* unguentum . . . et -as. PROP. 4, 2, 29 cum est imposta -a, clamabis capiti vina subisse meo (Ov. met. 15, 615 festam imponere -am. HYG. fab. 78 p. 80 ut cui vellet nubere -am imponeret. cf. VVLG. Ezech. 23, 42 posuerunt -as speciosas in capitibus). DECRET. decur. Pis. de L. Caesare (Corp. XI 1420) 24 si qui privatim velint manibus eius inferias mittere *(e nive quis)* amplius uno cereo unave face -ave mittat. Ov. epist. 20, 165 proicit ipsa suas deducta fronte -as (VAL. MAX. 6, 9 ext. 1 -am capite detractam proiecit. cf. PORPH. Hor. sat. 2, 3, 254 -as abicere [*in convivio*]). Ov. am. 1, 6, 38 *madidis* lapsa -a comis (MART. 11, 8, 10 quod modo divitibus lapsa -a comis). ars 2, 269 missaque -a te memorem dominae testificare tuae. met. 2, 27 Verque novum stabat cinctum florente -a (fast. 5, 335 tempora sutilibus cinguntur pota -is. Pont. 3, 1, 11 neque ver sentis cinctum florente -a. CALP. ecl. 3, 80 tu cingebare -is). met. 3, 555 *madidi* murra crines mollesque -ae. 14, 708 *madidas* lacrimarum rore -as postibus intendit. fast. 1, 403 vina dabat Liber, tulerat sibi quisque -am. 2, 739 fuis per colla -is. 5, 261 forsitan in teneris tantum mea regna -is esse putes. Ib. 603 ut nova Phasiaca comprehensa est nupta -a. PAVL. FEST. p. 68 quas *aves* Aegyptii inter potandum cum -is devincire soliti sunt. VAL. MAX. 2, 6, 1 unguenti -arumque in convivio dandarum . . . consuetudinem. 9, 1, 5 convivia celebrabat demissasque lacunaribus aureas -as veluti caelesti capiti recipiebat. SEN. dial. 4, 33, 4 unguentum et -as misit. 4, 33, 5. 6, 13, 1 *pater Xenophon* in ipso sacrificio nuntiata filii morte -am capiti detraxit (VAL. MAX. 6, 9 ext. 1 l. 54. MART. 1, 6, 67 non laetis detracta -a capillis. AVG. c. Iul. 1, 7, 35 luxuriae -is capite detractis [*de Polemone temulente scholam Xenocratis intrante*; cf. c. Iul. 1, 4, 12]). LVCAN. 10, 164 accipiunt sertas nardo florente -as (ACT. Arv. a. 241, 20 <unguenta> acc<eperunt> et coron<as> conviva<les>). LVCAN. 2, 358 v. p. 984, 67. PETRON. 65 oneratusque aliquot -is et unguento. PLIN. nat. 2, 235 postquam sacrificatura ad aras accesserat, -a igne raptō. 7, 185 -am e capite suo in eam transtulit. 10, 122. 16, 154. 21, 7. 8 cum -a rosacea interdium e pergula sua in forum prospexisse dictus (ACT. Arv. a. 87 II 23 post epulas magister . . . cum -a pactili rosacea. a. 105 II 20. a. 219, 10). 35, 70. VAL. FL. 5, 447 pallam et gemmiferae donum exitiale -ae apparat. 8, 235 ipse suam duplicem *Cytherea* -am donat. MART. 3, 65, 8 quod *madidas* nardo passa -a comas. 9, 61, 17 *hesternisque* rubens *deiecta* (*i. deflexa*) est herba -is (*de Baccho Faunis*que *comissantibus*).

9, 90, 6 frontem sutilibus ruber -is. SVET. Galba 18 sacrificanti -am de capite excidisse. APVL. met. 4, 27 unguentis madidum, -is floridum. TERT. idol. 8 -as quoque magis luxuria quam sollemnitas erogat. LAMPR. Alex. 41, 1 -a cum qua sacrificium faceret. SPART. Sept. Sev. 22, 4. IVST. 9, 4, 1 non -as aut unguenta sumpsit. VVLG. Iudith 3, 10 excipientes eum cum -is et lampadibus. Esth. 8, 15 -am auream portans in capite. Is. 61, 10 quasi sponsum decoratum -a. thren. 5, 16 cecidit -a capitis nostri. CLAVD. 15, 183 mixtis redolens unguenta -is. 21, 88 roseis evincta -is . . . Europa. carm. min. 25, 96 marcentes cupio quassare -as. 30, 184 iugalem promeruit . . . -am. rapt. Pros. 2, 150 libertatemque comarum iniectā . . . frenare . . . -ā. 3, 247 caligantes marcebant fronte -ae. HIST. Apoll. rec. A 16 -a caput coronavit (rec. B decoravit) et . . . introivit triclinium. PASS. Petr. 12 angelos stantes cum -is de floribus rosarum et liliorum.

15 *b insigne virtutis, primitus ex floribus, mox ex auro factum:*
a dona militaria: AMM. 25, 3, 13 *Sicinium Dentatum* ornatum militarium multitudine -arum. ISID. orig. 19, 30, 1 primum ornamentum -a insigne victoriae. cf. GELL. 5, 6, 1—27 et *P. Steiner l. c. de re fuse agentes*. -a *muralis*, στεφανος πνευματός. est antiquissima -arum bellicarum, sed epitheton ipsum militari sensu non ante LIV. nunc legitur: LIV. 26, 48, 5 praecipuum muralis -ae decus eius esse qui primus murum ascendisset. GELL. 5, 6, 16 muralis est -a, qua donatur ab imperatore qui primus murum subiit inque oppidum hostium per vim ascendit. idcirco quasi muri pinnis decorata est. SERV. Aen. 6, 772 muralis dabatur ei qui prior murum ascendisset. GLOSS. -a muralis quam accipiunt illi qui muros ascendunt. CATO or. frg. 14, 1 iam principio quis vidit -a donari quemquam cum oppidum captum non esset aut castra hostium non incensa essent? CIC. Verr. 4, 185 *Rubrium* . . . -a et phaleris et torque donasti. 6, 110 eum tu ob virtutem -a ante donaras. CORP. I 624 (= X 3886 [*a. 46 a. Chr.*]) donat(us), torq(ue) armil(lis) paler(is) -a. LIV. 23, 18, 7 -a aurea muralis proposita est. SEN. benef. 1, 5. CORP. III 6809. VI 3539. III 5334. SIL. 13, 366 tempora murali cinctus turrita -a. 15, 257 CORP. V 546. IX 4753. X 1202. 5829. VI 1598. III 1193
 35 VOPISC. Aurelian. 13, 3. *vallar*is, τευχωτός (cf. *Athen. Mith. 22 [1897] 39*): GLOSS. -a vallaris quam accipiunt illi qui ob seditiones vallaverunt civitatem. CORP. IX 1614 don(ato) hasta pura -a vallari (*Augusti aetate*). VAL. MAX. 1, 8, 6 cum consul *C. Fabricius* . . . vallarem -am ei se servare dixisset a quo castra erant oppressa nec inveniretur qui id praemium peteret. CORP. XI 390 (*Vespas. aetate*). III 10224. XI 5992. VI 798 (*Domit. aetate*). II 4461. VI 3584 (*Traiani aetate*) al. VOPISC. Aurelian. 13, 2 Prob. 5, 1. *huc pertinere videtur* CARM. poet. min. V 81, 14, 6 textum pampineae gessi (*sc. Scaeva*) sublime -ae. *vallar*is et *mural*is -a: LIV. 30, 28, 6 CORP. XIV 3612. X 135 (*sub Domit.*). SVET. Aug. 25. CORP. VIII 9990 (*sub Traiano*). XI 6339 (*sub Hadriano*). VIII 217. *castrensis fere i. q. vallaris*: PAVL. FEST. p. 57 *castrensi* -a donabatur qui primus hostium castra pugnando introisset, cui insigne erat ex auro vallum. GELL. 5, 6, 17 *castrensis* est -a qua donat imperator eum qui primus hostium castra pugnans introivit, ea -a insigne valli habet. AMM. 24, 6, 16 navalibus donavit -is et civicis et castrensibus. *navalis, classica, rostrata, in titulis uno loco excepto* (CORP. X 8291) *semper classica legitur, sed numquam sola laudatur* (v. p. 981, 1 sqq.): PAVL. FEST. p. 163 *navali* -a solet donari qui primus in hostium navem armatus transilierit. 55 PLIN. nat. 16, 7 *rostratae* (v. p. 981, 9). GELL. 5, 6, 18 *navalis* est qua donari solet maritimo proelio qui primus in hostium navem vi armatus transiit. ea quasi navium rostris insignita est . . . fieri ex auro solent. VARRO frg. Char. gramm. I 138, 5 -a *navali*. VERG. Aen. 8, 684 cui (*Agrippae*) belli insigne superbum, tempora navali fulgent rostrata -a (VELL. 2, 81, 3 insigne -ae classicae quo nemo unquam Romanorum donatus erat, hoc bello *Agrippa* singulari virtute meruit. SEN. benef. 3, 32, 4 *Agrippa navali* -a insignis, unicum adeptus inter dona militaria decus. PLIN. nat. 16, 9, *sed* 7, 115 *per errorem idem honor attribuitur Varroni*). SVET. Claud. 17 inter hostilia spolia navalem -am fastigio Palatinae domus iuxta civicam fixit. CORP. X 8291 -a mur(al)is vallari, navali (*sub Traiano*). VOPISC. Aurelian. 13, 2 -as *navales. post Vespasianum saepe pro qualibet re bene gesta donabatur. aurea, quod epitheton saepe subaudiendum*: LEX reg. Macr. sat. 3, 11, 6 ornamenta vero clipei -ae et huiusmodi donaria. LIV. 7, 37, 1 praeter militaria alia dona aurea -a et centum bubus . . . donat. 10, 44, 3. 26, 21, 9 al. CORP. X 4862. III 2018 (*sub Augusto*). VAL. MAX. 3, 1, 1 -am mereri (5, 4, 2). CVRT. 9, 1, 6 CORP. XI 395. XIII 5093. V 7003 (*sub Claudio*) *persaepe in titulis usque ad Sept. Sev. huc referri possunt* SIL. 16, 299 pulchrae certent de laude -ae. TREB. Claud. 3, 7 statuis, vexillis, -is . . . principem honoraverit. IVST. 9, 7, 10 capiti . . . -am auream imposuit (*quasi victori*). 18, 7, 13 *quid* in purpura ista -isque aliud quam victoriarum mearum titulos geris. AVG. civ. 2, 24 cui -a aurea ipsius victoriae illustrissimum signum in vitulino iecore apparuit (*bis*). VAL. CEM. hom. 15, 5 voluntarium . . . militem . . . cito protegit -a victoriae. *nota singulare*: CORP. VI 1441 (*sub Traiano*) donato hastis puris VIII vexillis VIII -is muralib. II vallarib. II classicis II auratis II. *muralis, vallaris, aurea*: CORP. XI 6163. V 7165 (*sub Claudio*). 7003 (*sub Nerone*). X 6659. XI 5211 *saepe usque ad Sept. Sev. muralis, vallaris,*

classica, aurea: CORP. V 7165 (*sub Claudio*). V 531. VIII 12536 (*sub Vespasiano*). III 4013 (*sub Domitiano*). TAC. ann. 2, 9 torquem et -am aliaque militaria dona memorat. CORP. V 6976 (6977. 6978. 6980). XII 3169 (*sub Traiano*). VI 1497. III 1457. VI 1377. 1540 (*sub Hadriano*). *civica* (*primitus quercea, iliginea*): PAVL. FEST. p. 42 civicam -am civis salutis suae causa servatus in proelio dabat quae erat iliginea. PLIN. nat. 1, 16, 3. 16, 7 civicae -ae militum virtutis insigne clarissimum... cedunt his murales vallaesque et aureae... cedunt et rostratae. 16, 11—13 civica iligna primo fuit eqs. GELL. 5, 6, 12—15 civica -a appellatur quam civis civi, a quo in proelio servatus est... ea fit e fronde quercea... fuit etiam ex ilice... Masurius autem Sabinus... civicam -am tum dari solitam dicit, cum is qui civem servaverat, eodem tempore etiam civem occiderat neque locum in ea pugna reliquerat, aliter ius civicae -ae negat concessum eqs. SERV. Aen. 6, 772 civica debuit dicere... querceam autem -am accipiebant qui in bello civem liberassent eqs. CLAVD. 24, 75 mos erat in veterum castris, ut tempora quercu velaret, validis fuso qui viribus hoste casurum potuit morti subducere civem. at tibi quae poterit pro tantis civica (*sc. corona*) reddi moenibus? aut quantae pensabunt facta -ae? GLOSS. -a civica quam accipiunt illi qui civem (*vicem cod.*) in bello servaverunt. *perraro in titulis*. CAECIL. com. 269 advehitur cum iligna -a et chlamyde. CIC. Plane. 72 ut -am dent civicam. Pis. 6 mihi... civicam -am deberi a re publica. FAST. Praen. Jan. 14 (Corp. I² p. 231) -a quern(a uti super ianuam domus imp. Caesaris) Augusti poner(etur senatus decrevit quod rem publicam) P. R. restitui(t). cf. MON. Ancy. 6, 17 (corona)que civica super ianuam meam fixa est (*de eodem senatus consulto*). LIV. 23, 23, 6 civicam -am accepissent. 42, 34, 11. VAL. MAX. 2, 8, 7 ob cives servatos -a danda est (SEN. clem. 1, 26, 5). PHAEDR. app. 8, 30 hostis abscidit caput victorque rediit... -a, miles, equidem te dono libens. PLIN. nat. 7, 106. 16, 14. TAC. ann. 2, 83 querceae -ae. 3, 21 gregarius miles servati civis decus rettulit... Caesar addidit civicam -am. 15, 12 praecipua servati civis -a imperatoria manu tribueretur. 16, 15 civicam -am apud Britanniam meritis. SVET. Iul. 3 -a civica donatus est. Tib. 26 civicam in vestibulo -am recusavit. Cal. 19 phalerato equo insignisque quercea -a. SOL. 1, 105 solus accepit -am... -as civicas rettulit. VOPISC. Aurelian. 13, 2 Prob. 5, 2: 3 CAPITOL. Aur. 12, 8 PRVD. perist. 2, 556 CASSIOD. var. 2, 28, 1 INSCR. Revue archéol. 1900, 2 p. 365 n. 95. *confunditur cum -a obsidionali apud SCHOL. Cic. Bob. p. 144, 8 Hild. -am civicam dando quam traditur de gramine fieri solitam. nota: CORP. VIII 6981 Iovis (nomin.) victor argenteus in Capitolio habens in capite -am argenteam querceam foliorum xxx (VIII 6982). murales, civicae: LIV. 6, 20, 7 SEN. benef. 1, 5, 6 PLIN. nat. 7, 103 al. civicae, vallaes, murales: LIV. 10, 46, 3. nota: CLAVD. carm. min. 30, 181 saepe duces meritis bello tribuere -as: hunc cingit muralis honos, hunc civica quercus nexuit, hunc domitis ambit rostrata carinis. obsidionalis (primitus graminea): PAVL. FEST. p. 97 -a graminea in re militari maximae est honorationis. p. 190 obsidionalis -a est quae datur imperatori ei qui obsidione liberavit ab hostibus obsessos. ea fit ex gramine viridi fere ex eo loco decerpto, in quo erant inclusi. herbam autem victoriae... quae -a magnae auctoritatis fuit (*fere idem GELL. 5, 6, 8 sq.*). p. 193 inter obsidionalem et civicam hoc interesse, altera singularis salutis signum est, altera diversorum civium servatorum. *fusus de hac -a egit* PLIN. nat. 22, 6—13 *ex quo loco afferri sufficiat* 22, 6 -a quidem nulla fuit graminea nobilior. 22, 7 graminea numquam nisi in desperatione summa contigit... ceteras -as imperatores dedere, hanc solam miles imperatori. *usque ad Plinii aetatem octies tantum donata, postremum Augusto* (22, 13 adeo civica non satis videbatur). LIV. 7, 37, 2 legiones gramineam -am obsidionalem clamore donum approbantem Decio imponunt. FEST. p. 190 fertur *Dentatus*... -is donatus xxvi, in his aureis viii, civicis xiv, muralibus tribus, obsidionali una (= GELL. 2, 11, 2). VELL. 1, 12, 4 in Hispania murali -a, in Africa obsidionali donatus est. VAL. MAX. 3, 2, 24 praeferebantur enim aureae -ae... civicae... murales... obsidionalis... torques... armillae... hastae (*sc. purae*)... phalerae. nota: AMM. 24, 4, 24 qui fecere fortissime, obsidionalibus -is donati (*haec corona ab Iuliano restituebatur quidem, sed non amplius ex more antiquo donabatur*). β *triumphalis* (*primitus laurea, oleaginea, ovalis* (*myrtea*), *postea utraque aurea*: PAVL. FEST. p. 192 oleagineis -is ministri triumphantium utebantur, quod Minerva dea belli putabatur. p. 367 triumphales -ae sunt quae imperatori victori aureae praeferruntur quae temporibus antiquis propter paupertatem laurae fuerunt. GELL. 5, 6, 5 sqq. triumphales -ae sunt aureae quae imperatoribus ob honorem triumphii mittuntur. id vulgo dicitur aurum coronarium. haec antiquitus e lauru erant, post fieri ex auro coeptae. PAVL. FEST. p. 195 ovalis -a est murtea quam habebant qui ovantes introibant, cum bella non erant indicta aut sine sanguine confecta (PLIN. nat. 15, 125 Postumius Tubertus... qui primus omnium ovans ingressus urbem est, quoniam rem leniter sine cruore gesserat, myrto Veneris Victricis coronatus incessit... haec postea ovantium fuit -a). GELL. 5, 6, 20 sq. ovalis -a murtea est; ea utebantur imperatores qui ovantes urbem introibant. DIFF. Suet. 283 ovare et triumphare hoc differt, quod*

triumphans... coronatus laurea -a subsequitur pompam, qui autem ovat... murtea -a cinctus pompam praecedit. LIV. 10, 7, 9 quos... -a triumphali laurea que honoraritis. 23, 11, 5 sicut coronatus laurea -a. 38, 47, 4 currum triumphalem me conscendere prohibent, -am insignem capiti detrahunt. VELL. 2, 40, 4 ut is (*Pompeius*)... -a aurea et omni cultu triumphantium uteretur (VAL. MAX. 3, 6, 5 proque laurea -a... myrtea usus est *Papirius*. PAVL. FEST. p. 144 murtea -a *Papirius* usus est, quod Sardos in campis Murteis superasset. PLIN. nat. 15, 126 triumphantes myrtea usos... duabus -is utebatur, laurea et myrtea [*auctore Sabino*]). VAL. MAX. 3, 7, 1^o capitique suo -a triumphali imposita. 5, 1, 10 eius caput tribus -is triumphalibus spoliatum. 5, 1 ext. 6 -a donatum laurea. PLIN. nat. 33, 11 vulgoque sic triumphabant et cum -a ex auro Etrusca sustineretur a tergo. CORP. V 3348 <c>rona vallari, triumphali (*incertae aetatis*).

c insigne honoris: a rei cuiuslibet bene gestae causa summis viris publice decretum vel a civitatibus al. documentum de ditionis, fidei sim. missum: LEX XII tab. (Cic. leg. 2, 60) '-am virtute partam'... ei qui peperisset... lex impositam iubet (CIC. Flacc. 75 imponeretur aurea -a mortuo [*ex publico decreto*]). LIV. 7, 37, 2. SVET. Iul. 79 statuae eius -am lauream... imposuisset. Aug. 18). CIC. Pis. 58 quid est quod -am illam lauream tibi tantopere decerni volueris a senatu (LIV. 45, 25, 7 al.). opt. gen. 19 ut -a aurea donaretur (*de Demosthene cuius oratio de -a persaepe a GRAMM. laudatur*. NEP. Hann. 7, 2 LIV. 26, 48, 14. 30, 15, 13 al. PLIN. nat. 34, 32 al.). CIC. Att. 14, 16, 2 -am auream per forum ferre posse (*de Bruto*). BELL. Alex. 70, 8 miserat ei Pharnaces -am auream (LIV. 2, 22, 6 -am auream Iovi donum in Capitolium mittunt. IVST. 11, 10, 10. 18, 2, 9). NEP. Pel. 5, 5. Thras. 4, 1 huic pro tantis meritis honoris causa -a a populo data est. 4, 3. LIV. 3, 29, 3 ut exercitus -am auream dictatori libram pondo decreverit. 3, 57, 7 *donum* Iovi O. M. -am auream in Capitolium tulere parvi ponderis (28, 39, 15. 37, 46, 4 *tulit* -as aureas, dona sociarum civitatum *praelata in triumpho*. 39, 7, 1 *saepe*). 4, 20, 4 -am auream libram pondo ex publica pecunia populi iussu in Capitolio Iovi donum posuit (7, 38, 2. 32, 27, 1. 36, 35, 13. 43, 6, 6). 7, 10, 14 dictator -am auream addidit donum. 7, 26, 10 aureaque -a donat (30, 15, 11. 31, 15, 6 al.). 30, 2, 9. 37, 58, 4 in eo triumpho undequingenta -ae aureae translatae sunt. VITR. 9 praef. 3 PAVL. FEST. p. 363 VAL. MAX. 2, 6, 5. 4, 3, 10 *filium suum* titulo trium librarum aureae -ae decoravit eqs. (PLIN. nat. 33, 38). CVRT. 4, 2, 2. 4, 5, 11. 8, 12, 15. PETRON. 50 cocus potione honoratus est et argentea -a. PLIN. nat. 15, 137 triumphans postea Caesar (*Augustus*) laurum in manu tenuit -amque capite gessit. 33, 38 -as ex auro dedere et civibus. 33, 54. 37, 14 -as ex margaritis xxxiv (*in triumpho Pompei*). SVET. Iul. 45 ius laureae -ae perpetuo gestandae (Tib. 69 numquam non -am lauream capite gestavit. APVL. met. 9, 16 dignus solus -am auream capiti gestare. PS. PROB. Verg. ecl. 6, 42 Iuppiter -am et anulum gestanda *Prometheo* tradidit, ut... in -a vinculorum forma remaneret). SVET. Galba 12 quodque oblata a Tarraconensibus e veteri templo Iovis -am auream... conflasset (AMM. 23, 3, 8 oblata ex auro -a. VVLG. II Macc. 14, 4 offerens ei -am auream et palmam). FLOR. epit. 4, 2, 91 in theatro distincta radiis -a (*de Caesare*). IVV. 10, 39 ferentem... magnaetque -ae tantum orbem quanto cervix non sufficit ulla (*cf. Friedl. ad l.*). APVL. met. 11, 12. VOPISC. Aurelian. 34, 3 praeferebantur -ae omnium civitatum aureae. Prob. 15, 14 CAPITOL. Max. Balb. 12, 4. VVLG. I Macc. 13, 39 remittimus... -am quam debebatis (*pacis causa*). act. 14, 12 al. *huc pertinere videtur* CIC. inv. 2, 118 meretrix -am auream ne habeto; si habuerit, publica esto.

β *corona agonalis, donatica, victrix* (*lemniscata, laurea, oleaginea, apiaca, pinea*) *necnon a curatore ludorum praesideve certaminum gestata*: PLIN. nat. 16, 65 -arum lemniscis celebres antiquorum honore. 21, 6 Crassus Dives primus argento auroque folia imitatus ludis suis -as dedit, accesseruntque et lemnisci quos adici ipsarum -arum honor erat, propter Etruscas, quibus iungi nisi aurei non debebant. SERV. Aen. 5, 269 puniceis taeniis: vittis roseis et significat lemniscatas -as quae sunt de frondibus et discoloribus fasciis et, sicut Varro dicit, magni honoris sunt. 6, 772 -ae agonales i. e. lemniscatae (GLOSS. V 553, 56). PAVL. FEST. p. 69 donaticae -ae dictae quod his victores in ludis donabantur quae postea magnificentiae causa institutae sunt super modum aptarum capitibus quali amplitudine fiunt, cum Lares ornantur. p. 115. ENN. scaen. 52 is habet -am vitulans (*i. παιωνίζων*) victoriā. ACC. trag. 445 pro se quisque cum -a clarum conestat caput. 446 cuius (*sc. apri*) exuvias et -am huic muneravit virgini. RHET. Her. 3, 22, 37 si aliquas *imagines* exornabimus, ut si -is aut veste purpurea. 4, 47, 60 uti citharoedus cum prodierit... cum clamyde purpurea... cum -a aurea (*om. codd. mutili*) magnis fulgentibus gemmis illuminata. CIC. Tusc. 5, 9 ut illic alii corporibus exercitatis gloriam et nobilitatem -ae peterent (opt. gen. 8 non ab Olympiis -am petant). epist. 5, 12, 8 qui (*praecones ludorum*) cum ceteris -as imposuerint (AMM. 14, 11, 12 capiti Thoracis aurigae -am imposuit, ut victoris) victoribus... cum ipsi ante ludorum missionem -a donentur eqs. NEP. Alc. 6, 3 quod numquam antea usu venerat, nisi Olympiae victoribus, -is laureis... donabatur (HOR. ars 250 GELL. 18, 2, 4). VERG. Aen. 2, 66 Herculeaeque arborum

brosa -ae. 5, 110 locantur... viridesque -ae et palmae pretium victoribus. 5, 355 primam merui qui laude -am (Ov. hal. 68. Ivv. 8, 226 Graiaequae apium meruisse -ae). 5, 556 omnibus in morem (sc. *ludi*) tonsa coma pressa -a (*perperam de galea* SERV. ad l.). Ov. ars 1, 727 Palladiae petitur cui palma -ae (*i. oleaginea -a qua olympionicae coronantur*). met. 10, 598 tegitur festa victrix Atalanta -a. Pont. 3, 4, 102. Liv. 33, 33, 2 -as lemniscosque iacientium (*praecedit ludis dimissis*). GRATT. 229 primae spes ambitiosa -ae. VITR. 9 praef. 1 cum palma et -a ferant laudes (*de athletis*). VELL. 2, 40, 4 Pompeius scaenicis ludis autem praetexta -aque aurea uteretur (PLIN. nat. 16, 147 cuius *hederae* -is poetae utuntur. IVST. 16, 5, 10 veste purpurea et cothurnis regum tragicorum et aurea -a utebatur). PHAEDR. 5, 7, 34 rogare populus hunc -am existimat. SEN. Tro. 849 -is Elida claram. dial. 1, 4, 2 descendisti ad Olympia... -am habes, victoriam non habes. epist. 78, 16 quorum praemium non -a nec palma nec tubicen est eqs. PETRON. 83 poeta sum et, ut spero, non humillimi spiritus, si modo -is aliquid credendum est, quas etiam ad imperitos (*i. versifices; immeritos Bucheler*) deferre gratia solet. PLIN. nat. 8, 161. 15, 36 pinea -a victores apud Isthmum coronantur. 34, 94 in -is histrionum. SIL. 14, 54 sacrae portantem signa -ae (*de ludis Olympiacis*). TAC. ann. 15, 33 insignesque et antiquitus sacras -as adeptus Nero. SVET. Nero 25). SIL. 16, 434 veluti delapsa -a victoris capiti foret. 16, 505 prima -ae spes. 16, 525 viridi redimita -a (MART. 12, 52, 1 tempora Pieria solitus redimire -a). STAT. silv. 3, 1, 153 parva suae simulacra -ae. 5, 3, 224 prensam vovet expirare -a. 5, 3, 226 Chalcidicae Cerialia dona -ae... tuli. MART. 8, 33, 1 de praetoricia folium mihi, Paulle, -a mittis (*i. aurea ludis Apollinaribus a curatore gestata*). 9, 23, 4 venit ad has ultro nostra -a comas (*i. victor -am suam capiti statuae principis imposuit*). 9, 24, 5 non solam tribuit Pallas tibi, Care, -am. 9, 40, 1 Tarpeias Diodorus ad -as Romam cum peteret (*i. de agone Capitolino; cf. FLOR. Verg. p. 183 ne Africa -am magni Iovis attingeret. p. 184 -am ereptam manibus et capiti meo vidi*). 9, 72, 1 Amyclaea frontem vittate -a (*de pugillatu*). Ivv. 6, 320 posita -a. TAC. ann. 16, 4 *senatus* offert imperatori victoriam cantus adicitque facundiae -am. SVET. Cal. 45 participes victoriae novo genere ac nomine -arum donavit, quas distinctas solis ac lunae siderumque specie exploratorias appellavit. Nero 12 orationis quidem carminisque latini -am... concessam sibi recepit. 21. 22 citharoedorum -as ad ipsum mittere. 25 -amque capite gerens Olympiacam eqs. (AVSON. 195, 7 sertum -ae praeferens Olympiae. 388, 1 primus Iuppiter Olympiacae sacravit festa -ae). 32 revocavit et praemia -arum quae umquam sibi civitates in certaminibus detulissent. 53 post scaenicas -as... descensurum eum ad Olympia inter athletas (HEGES. 3, 1, 1). Vesp. 19 *citharoedis* -as aureas dedit. Dom. 4 certamini praesedit crepidatus purpureaque amictus toga Graecanica, capite gestans -am auream cum effigie Iovis ac Iunonis Minervaeque. AVR. Fronto p. 26, 19 N. cape -am. PAPIN. dig. 42, 1, 40 quae commoda propter -as sacras praestantur (*in ludis sacris*). GELL. 18, 2, 3 -am e lauro plexam al. TERT. nat. 2, 5 non tibias aut citharas -am ad praemium adiudicatis. scorp. 6 bis. spect. 7. 11 si vel apparatus agonium idololatria conspurcat de -is profanis. 12. 18. ITALIA I Cor. 9, 24 (Cypr. testim. 3, 26) nescitis, quia qui in stadio currunt... unus tamen accipit -am? (*τὸ βραβεῖον*, VVLG. bravium. HYG. fab. 74 p. 79 in quibus ludis victores apiacam -am accipiunt. VVLG. I Cor. 9, 25 ut corruptibilem -am [*στέφανον*] accipiant). SOL. 1, 74 ex Olympico certamine pancratii -am reportavit. 1, 97. PAPYR. Lips. 44 II 6 (saec. IV in.) ne sub specie -arum declinandi munera civilia potestas omnibus detur (*cf. INST. Iust. 10, 54, 1*). PANEG. 4, 13 -ae testimonium petunt (*in sacris certaminibus*). 7, 21 Apollinem tuum comitante Victoria -as tibi laureas offerentem. TREB. Gall. 12, 3 -am venatori misit. ARNOB. nat. 4, 36 irrisoribus numinum (*i. histrionibus*) dona instituuntur... immunitas et vacatio cum -is. PS. PROB. Verg. georg. 3, 19 sumpta apiacea -a. AMBR. psalm. 118 serm. he 27 de viridi luctantes -a. VVLG. apoc. 6, 2 data est ei -a et exivit vincens. CLAVD. 17, 288 *Caliope* Palaemonis manus explorata -is adsit et Eleo pubes laudata Tonanti. CASSIOD. var. 8, 22, 1 certantes in stadio numerosior -a glorificat. CORP. XII 3324) (*i. -arum*) XXXVII (*de essedario victore*). 3331 (*liberatus*)) (*-arum*) IX (*de gladiatore*). fortasse huc pertinet: VARRO Men. 206 (*in imagine*) non subsilies ac plaudes et ab Arato posces astricam -am? quid enim hoc mirius?

d *insigne cuiuslibet dignitatis, officii, -a regalis, sacerdotalis, diadema; cf. GELL. 7, 7, 8 cuius sacerdotii (sc. fratrum Arvalium) insigne est spicea -a et albae infulae. VERG. Aen. 7, 75 accensa -am insignem gemmis. 8, 505 ipse oratores ad me regnique -am cum sceptro misit. CVRT. 10, 1, 32 -a aurea imposita amiculo cui assueverat ipse, solium... velavit (AMM. 31, 10, 21 ambigenti super -a capiti imponenda Iuliano Caesari. VVLG. psalm. 20, 4 posuisti in capite eius -am de lapide pretioso. Zach. 6, 11 facies -as et pones in capite Iesu... sacerdotis magni. cf. etiam p. 984, 24). PLIN. nat. 18, 6 spicea -a... sacerdotio ei pro religiosissimo insigni data (*ibid.* quae spicea prima apud Romanos fuit -a honosque is non nisi vita finitur. ACT. Arv. a. 87, 2, 24 fratres Arvales... -is spiceis vittatis lucum Deae Diae ad summitum escenderunt. 2, 29 saepe. cf. supra l. 74. p. 984, 49).*

SVET. Dom. 4 capite gestans -am auream... assidentibus Diali sacerdote et collegio Flavialium pari habitu nisi quod illorum -is inerat et ipsius (*Domitiani*) imago. FRONTO p. 19, 1 N. idem evenit floribus et -is. alia dignitate sunt quam a coronariis veneunt, alia quam a sacerdotibus porriguntur. APVL. met. 11, 6 sacerdos... roseam manu dextera... gestabit -am. 11, 24 caput decore -a cinxerat... sic ad instar Solis exornato eqs. TERT. idol. 18 -ae aureae sacerdotum provincialium. ACT. lud. saec. Sept. Sev. 3, 79 pilum de fron<te> hos<tiae> secavit <et ac>cita -a (3, 80). 4, 4 praetextis sumptis et -is... rem divinam fece<runt>. ACT. Arv. a. 219, 5. EPIST. quindecimvir. (Corp. X 3698 [a. 289]) 24 occavo et -a dumtaxat intra fines coloniae vestrae uti sacerdotes. PANEG. 9, 25 tibi Italia scutum et -am, cuncta aurea dedicarunt... debetur virtuti scutum et -a pietati (*cf. p. 992, 53*). CAPITOL. Aur. 4, 3 -as omnibus in pulvinari ex more iacientibus (*sc. Saliis*) huius (*Aurelii*) velut manu capiti Martis aptata est. TREB. trig. tyr. 25, 4 accipiens ab his sceptrum, -am. AMM. 21, 1, 4 inter exordia principatus vili -a circumdatus erat (26, 2, 3 principali habitu circumdatus et -a). 25, 9, 4 oblatam ei -am aliquamdiu recusans. 27, 6, 11 -a (*sc. principali*) indumentisque supremae fortunae ornatum filium. 29, 5, 16 -am sacerdotalem cum ceteris quae interceperat. VVLG. Iob 19, 9 abstulit -am de capite meo. 31, 36 prov. 27, 24. Sirach 32, 3 ornamentum gratiae accipias -am (*alii aliter interpretantur*). 40, 4. 45, 14. 47, 7 in offerendo illi -am gloriae (*i. insigne regium*). Ezech. 16, 12 dedi -am decoris in capite tuo. 24, 17 -a tua circumligata sit tibi. 24, 23 I Macc. 10, 20 apoc. 4, 4. 10. 14, 14. CLAVD. 22, 92 lapidum distinctas igne -as dividis ex aequo (*i. insigne regium*). VINCENT. LER. 5, 7 ut deiectas sacerdotum -as reponeret. nota: SIDON. epist. 2, 13, 3 potestatis immensae vertiginem sub -a patiebatur Maximus imperator (*ibid.* principalis apex). -a spinea Christo diadematis loco per ludibrium imposita: LACT. inst. 4, 26, 21 -a spinea capiti eius imposita (HIL. in Matth. 33, 3 VVLG. Marc. 15, 17 Ioh. 19, 2). HIER. epist. 54, 14 pro -a spinea saepe. nota metonymice in allocutione papae, episcoporum, i. q. sanctitas tua: PRISCILL. tract. 2 p. 38, 6 haec ideo apud venerabilem -am tuam (*i. Damasi*). p. 39, 21 ut sciat -a venerabilitatis tuae. p. 42, 13). HIER. epist. 142 precor -am tuam. PAVL. NOL. epist. 3, 3 ad venerabilem socium -ae tuae. 14, 4 tota illa benedictio super caput tuum et in -ae tuae cumulum supertexta floreat. AVG. epist. 33, 5 per -am nostram nos adiurant. EPIST. pontif. Thiel 14. 1 LEO M. epist. 3, 1. 65, 1. 4 obsecramus -am sanctimoniae vestrae. 99, 5 -am vestram venerans saluto al. AVELL. p. 72, 3. 667, 26 a vestra venerabili -a directus est. p. 673, 19. 674, 9 a sancta -a vestra. SIDON. epist. 6, 3, 2 auctoritas -ae tuae al. ENNOD. epist. 3, 17 p. 85, 3. 6, 17 p. 159, 9. 9, 27 p. 248, 25 persaepe.

3 ornamentum capitale deis attributum, plerumque e floribus, velut -a laurea Apollinis, hederacea Bacchi, oleaginea Minervae, spicea Demetris (*cf. ARNOB. nat. 7, 3, 2 dei sertis, -is afficiuntur et floribus*): ENN. scaen. 51 volans de caelo cum -a et taeniis (*sc. Paris quasi deus*). HOR. carm. saec. 30 tellus spicea donet Cererem -a (TIB. 1, 1, 15 tibi Cereri -a spicea quae templi pendeat ante fores. GERM. frg. 4, 16 spicea pendet ante Larem... perfecta messa -a. possunt etiam ad IB 1 referri). Ov. fast. 4, 945 venit variis florum dea nexa -is. 5, 219 accedunt Charites nectuntque -as sartaque caelestes implicitura comas. VELL. 2, 82, 4 redimitus hederis -aque velatus... Liber pater (MART. 12, 98, 1 Baetis [*deus Amnis*] olivifera crinem redimite -a). BASS. gramm. VI 255, 3 hederam te -is hasta viridis armet. STAT. silv. 1, 2, 228 hic enthea lauro tempora (*sc. Apollo*), Minoa crinem premit illa -a. APVL. met. 10, 30 irrupit alia quam putares Minervam caput contacta fulgenti galea et oleaginea -a tegebatur ipsa galea (*praecedit diadema candida Iunonis*). 11, 3 -a multiformis variis floribus sublimem distinxerat verticem (*sc. Lunae*). 11, 4. 27 magno deo (*Osiridi*) -as exaptat. nota alia deorum ornamenta in modum -ae conformata (*cf. etiam p. 981, 41*): Cybeles: LVCR. 2, 606 muralique caput summum cinxere -a eximiis munita locis quia sustinet urbes. Ov. fast. 4, 219 cur turrifera caput est onerata -a (6, 321 turrifera frontem Cybele redimita -a. LVCAN. 2, 358 turritaque premens frontem matrona -a in nuptiis). radiata -a, plerumque Solis: STAT. Theb. 3, 411 auratae textum sublime -ae deripiunt Horae. 6, 366 textumque illustre -ae subligat. LACT. Phoen. 139 arguata est... radiata -a Phoebi referens verticis alta decus. MART. CAP. 1, 75 erat illi in circulum ducta fulgens -a. Iovis: SVET. Aug. 94, 6 videre visus est filium cum sceptro exuviisque Iovis O. M. ac radiata -a. DRAC. Orest. 243 Iuppiter fronte -am fundebat. Minervae: MART. CAP. 1, 40 septem radiorum -am solivaga virginitas renudavit. huc referri potest: VVLG. apoc. 12, 1 in capite eius (*mulieris*) -a stellarum duodecim. Isis: CORP. X 2215, 11 -am analempsiacam (XIV 21, 4 add.). de sensu ambiguo cf. vol. II p. 15, 64 et Mau, PW. I 2055.

C quasi technice: 1 -a herbarum in arte medica adhibita: SCRIB. LARG. 271 sertulae Campanae -as decem. PLIN. nat. 20, 152 dignior e puleio -a Varroni quam e rosa... nam et capitis dolores imposita dicitur levare (21, 130 crapulam et gravedines capitis impositis -is... discutunt. 21, 138. 22, 64. 24, 108. 176. 27, 117). SER. SAMM. 92 tempora languentis medica redimire -a. 2 sub

-a *vēnīre, vendere, venundare, emere* (*praeter has locutiones sub -a non legitur nisi SIDON. p. 984, 28*): CAEL. SAB. Gell. 6 (7), 4, 3 sicuti antiquitus mancipia iure belli capta -is induta veniebant et idcirco dicebantur 'sub -a' venire. . . ea -a signum erat captivorum venalium. PAVL. FEST. p. 306 sub -a venire dicuntur, quia captivi coronati solent venire. GELL. 6 (7), 4, 4 est autem alia rationis opinio (*sc. atque Sabini*) cur dici solitum sit captivos 'sub -a' venundari quod milites custodiae causa captivorum venalium greges circumstarent eaque circumstatio militum -a appellata sit (*v. p. 986, 58*).
PLAVT. Hort. frg. 1 praeco ibi adsit cum -a quique liceat veneat (LIV. 2, 17, 6. 8, 37, 11. 9, 42, 8. 21, 51, 2. 34, 16, 10. 35, 36, 10. 38, 29, 11. 41, 11, 7. 42, 63, 10. 43, 4, 10 VAL. MAX. 9, 10, 1 CVRT. 9, 8, 15 GRAN. LIC. p. 26, 2). VARRO rust. 2, 10, 4 sub -a emit. CAES. Gall. 3, 16, 4 omni senatu necato reliquos sub -a vendidit (LIV. 5, 22, 1. 24, 42, 11. 42, 63, 12 FRONTO p. 220, 21 N. VOPISC. Aurelian. 7, 1 IVST. 8, 3, 3. 11, 4, 8. 34, 2, 6 OROS. hist. 3, 12, 17. 3, 16, 2. 4, 7, 6 *saepe*). LIV. 4, 34, 5 aliis sub -a venundatis (TAC. hist. 1, 68 ann. 13, 69 FLOR. epit. 4, 12, 52).

II in imagine: A *de laude poetica*: LVCR. 1, 118 Ennius . . . qui primus amoeno detulit ex Helicone perenni fronde -am. 1, 929 (= 4, 4) iuvatque novos decerpere flores insignemque meo capiti petere inde -am. 6, 95 te (*Calliope*) duce ut insigni capiam cum laude -am. HOR. sat. 1, 10, 49 neque ego illi (*Lucilio*) detrahere ausim haerentem capiti cum multa laude -am. epist. 2, 2, 95 audi, quid ferat et qua re sibi nectat uterque -am. PROP. 3, 1, 20 mollia, Pegasides, date vestroserta poetae, non faciet capiti dura -a meo. 4, 1, 61 Ennius hirsuta cingat sua dicta -a, mi folia ex hedera porrige, Bacche, tua. 4, 10, 4 dat mihi gloria vires, non iuvat e facili lecta -a iugo. OV. Pont. 3, 4, 64 quid mirum, lectis exhausto floribus horto, si duce non facta est digna -a suo? 4, 14, 55 tempora sacrata mea sunt velata -a, publicus invito quam favor imposuit. trist. 1, 7, 4 ista *serta* decent lactos felicia signa poetas, temporibus non est apta -a meis. STAT. silv. 2, 1, 116 crinemque decorum fregisset (*pressisset alii*) rosea lasciva Thalia -a. MART. 8, 70, 5 Pieriam tenui frontem redimire -a.

B merces, praemium, summum decus, cacumen, gloria sim., plerumque cum genet. rei incorporeae, apud ECCL. saepe de martyrio: EVCHER. form. 9 p. 59, 1 -a: aeternae gloria pro iustitia merces. VAL. MAX. 2, 1, 3 quae uno contentae matrimonio fuerant -a pudicitiae honorabantur. TERT. mart. 3 in quo *agone* -a aeternitatis bravium angelicae substantiae est. DOCTR. apost. 6, 5 per haec sancta certamina pervenies ad -am. LACT. inst. 4, 25, 10 virtus perfecta -am vincentibus et mercedem immortalitatis impertit. 6, 4, 11 dabitur ei -a virtutis (HIER. epist. 3, 5 fruatur ille virtutis -a. 96, 20 super omnia quasi culmen et -a virtutum. PETR. CHRYS. serm. 147 p. 595^A VAL. CEM. hom. 12, 7). LACT. epit. 68 (73), 5 -am fidei vel praemium immortalitatis adipisci. mort. pers. 1 sempiternam sibi -am pro fidei meritis quaesierunt. 16 cum tibi parata esset victrix -a. FIRM. err. 29, 4 vobis caelestis victoriae -a collata est (HIL. in Matth. 33, 3 ex quibus *spinis* Christo victoriae -a contexitur). PS. HIL. libell. 14 martyrii -am (HIER. epist. 7, 6 RVFIN. apol. Orig. 8 p. 603 hist. 5, 1, 34. 55. 6, 5, 7 -as martyrii impetratas. CLAVD. carm. min. 30, 189 magnisque -is coniugium fit causa tuum. AVG. civ. 20, 13 serm. ed. Mai 19, 1. 56, 1 martyrialem sortitus est. -am. VICT. VIT. 3, 27 PAVL. MED. vita Ambr. 52 VAL. CEM. hom. 16, 1 FAVST. REI. serm. 13 p. 275, 24 OROS. hist. 7, 32, 9). PRISCILL. tract. 2 p. 42, 25 -am aeterni sacerdotii non omittat. VEG. mulom. 1, 56, 38 difficultatem -am (*i. laudem*) velocitatis optantibus ingerit. AMBR. virg. 2, 4, 23 venit -ae dies. inst. virg. 16, 98 -am capiti eius aeternae pietatis imposuit. obit. Valent. 70 tamquam rex, peccati victor et caelesti -a redimitus ascendit. AMBROSIAST. in Philem. 1, 22 ut animae suae et corpori -as immortalitatis acquireret. *sim. saepe*. HIER. epist. 22, 5 virginitatis -am et nuptiarum perdidit voluptatem. 23, 2 -am iam securitatis accepit. 54, 1 viduitatis -am. . . conservare. 92, 5 -am iustitiae praestolemur (VVLG. II Tim. 4, 8 reposita est mihi -a iustitiae. PAVL. NOL. epist. app. 1, 7 extr. ut accipies -am iustitiae et diadema gloriae demum domini. SVLP. SEV. epist. 2, 7 cui. . . reddita est -a iustitiae). HIER. epist. 98, 1 ubi (*in angelorum choris*) -ae et praemia et certa victoria est. 100, 5 -am. . . victores lubricae voluptatis. . . possident. VVLG. prov. 4, 9 dabit capiti tuo augmenta gratiarum et -a inclyta proteget te. 12, 4 mulier diligens, -a est viro suo (*i. decus*. CARM. epigr. 92, 3 vere -am te [*uxorem*] accepi). prov. 14, 24 -a sapientium divitiae eorum. 16, 31 -a dignitatis senectus. 17, 6 -a senum filii filiorum. psalm. 64, 12 benedices -ae anni benignitatis tuae (*v. HIL. ad l., sed potest etiam de anno absoluto intellegi*). Sirach 1, 11 timor dei. . . laetitia et -a exultationis. 1, 22 -a sapientiae timor domini. 6, 32 -am gratulationis superpones tibi. 25, 8 -a senum multa peritia. Is. 28, 1 vae -ae superbiae, ebriis Ephraim (28, 3 pedibus conculcabitur -a superbiae). 28, 5 erit dominus exercituum -a gloriae (62, 3 Ier. 13, 18 I Thess. 2, 19. I Petr. 5, 4 percipietis immarcescibilem [VICT. VIT. 3, 41. CARM. epigr. 1617, 3 meruit immarcescibile(m) -am] gloriae -am. RVFIN. hist. 8, 9, 6 -a splendoris gloriae Christi [*deest gr.*]. VAL. CEM. hom. 16, 4 FACVND. defens. 2, 3 p. 571^A). VVLG. Zach. 6, 14 -ae erunt Helem et Tobiae. Phil. 4, 1 fratres mei. . . gaudium meum et

-a mea. Iac. 1, 12 accipiet -am vitae (apoc. 2, 10 dabo tibi -am vitae). apoc. 3, 11 ut nemo accipiat -am tuam. AVG. civ. 8, 27 p. 366 nos ad imitationem talium -arum atque palmarum. . . adhortemur? SVLP. SEV. dial. 1, 12, 3 ubi durior pugna, ibi gloriosior est -a. OROS. hist. 7, 21, 2 plurimos sanctorum ad -as Christi. . . misit. ZACCH. 3, 9 sublimium -arum honore fulgebunt. SACR. Leon. p. 344 *apostolos Petrum et Paulum* una dies in aeternum et una -a (*fortasse i. martyrium*) sociavit. VAL. CEM. hom. 17, 4 discite quae sit pompa vulerum, quae -a lacrimarum. VICT. VIT. 1, 50 confortatur Satorius ad -am. 2, 30 festinant hilares ad -as [*v. l. -am*] (2, 34 pergitis -ad -as [*v. l. -am*]). ALC. AVIT. carm. 6, 84 -as miserit in caelum. 6, 202 matris gemina gaudere -a. 6, 513 quod famam violare cupit, dedit inde -am. CASSIOD. inst. div. 32 in agone sanguinis. . . positae. . . -ae. DAMAS. epigr. 47 sanguine quod proprio Christi meruere -as (CARM. epigr. 317). PASS. Mar. Iac. 1 gloriam -ae suae. 2 -ae locum (*i. symbolum martyrii*. 11) gloriam -ae suae. 7 -am divinae dignationis. CARM. epigr. 749, 3 -am pacis habes. INSCR. christ. Rossi II p. 71, 42. 101, 23. 127, 6. 257, 1 *al. (de martyrio)*. INSCR. Revue archéol. 1906 p. 209 perpetuitatis -a accept(a).

III translate de qualibet re in speciem -ae, anuli, orbis, circuli conformata: A *i. q. circulus hominum qui aliquid vel aliquem circumdant:* I *generatim i. q. coctus, caterva, turba sim.:* LACT. inst. 4, 26, 21 -a dicitur circumstans in orbem populus. CIC. Verr. 4, 49 populo se ac -ae daturum. Flacc. 69 vox in -am turbamque effunditur. Mil. 1 non enim -a consessus vester cinctus est, ut solebat (LVCAN. 1, 321 iudicium insolita trepidum cinxere -a. STAT. Theb. 2, 227 casta matrem cinxere -a). Brut. 192 si a -a relictus sim (289). 290 -a multiplex. . . -a silentium. orat. 21. nat. deor. 2, 1 -a tibi et iudices defuerunt. Tusc. 1, 10 tibi ipsi pro te erit maxima -a causa dicenda. fin. 2, 74 si -am times. 4, 74 aliquid etiam -ae datum. Att. 9, 8, 1. CATVLL. 53, 1 risi nescio quem modo e -a. VERG. Aen. 9, 548 *fera densa venantum saepta -a*. HOR. ars 381 ne spissae risum tollant impune -ae. OV. met. 13, 1 vulgi stante -a. LIV. 28, 29, 10 exercitus -a contionem circumdederat. SEN. contr. 9, 4 (27), 18 tristem circa -am iudicii. VAL. MAX. 6, 8, 1 stabat in -a. 8, 10, 2 *Aesopum* illo causas agente in -a frequenter astitisse. SEN. dial. 3, 12, 3 ad -am (*i. plebem*) venis. 4, 7, 3 -a. . . corrupta. 10, 20, 2 imperitae -ae assensiones (epist. 20, 2). epist. 114, 12 corrupta excipi non tantum <a> -a sordidiore, sed ab hac quoque turba cultiore. LVCAN. 2, 120 innumeras inter carpentis membra -ae. PLIN. nat. 8, 145 magna populi Romani -a. MART. 1, 41, 6 vendit qui madidum cicer -ae. 6, 38, 5 densumque -a vulgus. 7, 72, 10 unctae det favor arbiter -ae. QVINT. inst. 12, 10, 74 vulgi -a. PLIN. epist. 2, 14, 6 ingens -a collegitur. 6, 33, 3 densa circumstantium -a latissimum iudicium (SVET. Aug. 93 APVL. met. 2, 13 flor. 14 p. 49). 7, 17, 9 si latior scaena et -a diffusior. LAMPR. Heliog. 10, 1 per -as iacere sermones. Alex. 9, 4 per populi et honestorum -as una vox. AMM. 23, 5, 15 -a celsarum circumdatus potestatum. VVLG. Sirach 50, 13 circa illum -a fratrum. CLAVD. 5, 393 ensiferae stupuit rumore -ae. 27, 16 circumfusi sacra -a chori. rapt. Pros. 2, 56 socia stipant utrimque -a (*caterva alii codd.*). CYPR. GALL. exod. 390 si rara -a omnia non carpsit, vicinum adiungere fas est. SIDON. carm. 23, 216 raucae acclamatio sibilans -ae. OROS. apol. 3, 4 exposui vestrae -ae breviter. 7, 7 a vestra -a corrogati. CASSIOD. var. 1, 4, 1 -am vestram (*i. senatum*). *nota de bestiis:* CORIPP. Ioh. 2, 94 pecus varium densa vallante -a ponit.

2 *speciatim de manu militum urbem, hostes al. circumvallante, cingente vel de acie in modum -ae instructa, cf. GELL. 6, 4, 4 (v. p. 985, 6):* CIC. Phil. 2, 112 cur armatorum -a senatus saeptus est. CAES. Gall. 7, 72, 2 totum opus -a militum cingeretur (VERG. Aen. 10, 122 [= 11, 475] rara muros cinxere -a. LIV. 7, 27, 7. 10, 43, 1. 23, 27, 7. 24, 2, 10 SIL. 7, 589 TAC. hist. 3, 27. AMM. 19, 2, 5 urbem. . . terribili -a cinxerunt). BELL. Afr. 17, 1 -am hostium. . . dividit. 70, 2. Hisp. 13, 7 -a circumdata (LIV. 4, 47, 5. 23, 18, 5. 23, 44, 3 CVRT. 4, 6, 10. 7, 6, 19 TREB. Gall. 7, 2. AMM. 24, 2, 9 armatorum triplici -a circumdatis muris). VERG. Aen. 9, 506 qua rara est acies, interfucetque -a non tam spissa vis. 12, 744 densa Teucris inclusere -a. HOR. epist. 1, 18, 53 scis, quo clamore -ae proelia sustineas campestris. LIV. 4, 19, 8 -a primum vallum defendit (4, 27, 7. LVCAN. 3, 374 moenia clausa. . . et densa iuvenum vallata -a [SIL. 13, 140]. *non alibi de defensione*). 26, 45, 5 scalis et -a capi urbem non posse (43, 18, 7 CVRT. 7, 6, 16. 9, 1, 14. 9, 4, 4 HIER. in Ier. 21, 3). LIV. 34, 38, 3 -a opugnandum ratus omnibus copiis (37, 5, 5). 37, 4, 10 -a moenia est aggressus. 42, 63, 5. LVCAN. 6, 289 ut parva disponderet arma -a. SIL. 5, 200 circumfundente -a (7, 308 FRONTIN. strat. 3, 17, 4). STAT. Theb. 1, 612 virum stipante -a. 5, 17 simili procerum vallante -a. 11, 422 FRONTIN. strat. 1, 5, 23 HIER. in Ier. 6, 6.

B de rebus: I *t. t. agrimensorum, i. q. summus agrorum margo:* CATO agr. 6, 3 circum -as et circum vias ulmos serito. PLIN. nat. 12, 9 saxea intus crepidinis -a muscosos complexa pumices. LIB. col. I p. 217, 1 vias cavas, itinera, -as. 218, 3 riparum et -arum natura. TRACT. de agr. insp. grom. p. 282, 12 sunt etiam et -ae plerumque vepribus quas in limitibus serunt. *adde:* VVLG. Ezech. 43, 17 -a in circuitu eius dimidii cubiti (43, 20 pones. . . et super -am in circuitu).

2 de -is caelestibus: **a de sole, luna, arcu, circulo sidereo al., saepe etiam i. q. ἄλως:** SEN. nat. 1, 2, 1 hunc *circulum* Graeci halo vocant, nos dicere -am aptissime possumus. VARRO frg. Plin. nat. 18, 348 nisi si -am circa se habebit *luna*. MANIL. 1, 755 an maior densa stellarum turba -a contexit flammam (*de orbe lacteo*). SEN. nat. 1, 2, 3. 5. 6. 7 -ae cum delapsae sunt. 1, 2, 10. 1, 9, 10 (*ter*). 1, 14, 1. 1, 15, 6. 7. 7, 12, 8 -ae quae solem lunamve cingunt. PLIN. nat. 2, 98 circa solis orbem ceu spicae -ae et versicolores circuli... existunt eadem -ae circa lunam et circa nobilia astra caeloque inhaerentem. APVL. mund. 16 -a non discolora. AVSON. 372, 6 proxima fraternae succedit Luna -ae (*de sole*). HYG. astr. 2, 27 ante huius (*sc. Sagittarii*) pedes stellae sunt paucae in rotundo deformatae, quas -am eius (*sc. Croti*)... nonnulli dixerunt (3, 26). 3, 26 -a autem Centauri est stellarum VII. AVSON. 369, 30 toto fovet igne -ae (*de zodiaco*). MART. CAP. 1, 66 *Iuppiter* apponit primum vertici regalis serti flammantem -am). **b de Ariadnes sidere:** Ov. fast. 5, 345 Bacchus amat flores, Baccho placuisse -am ex Ariadneo sidere nosse potes. PORPH. Hor. carm. 2, 19, 13/14 Ariadnes -am significat quam Liber pater inter sidera collocavit. GLOSS. -a duodecim signis proxima, in qua Ariadne (*mariane cod.*) Liberi uxor figurata est. HYG. astr. 2, 5 -a: haec existimatur Ariadnes fuisse a Libero patre inter sidera collocata... alii dicunt hanc -am Thesei esse. SCHOL. Germ. Bas. p. 61, 17 -a dicitur esse Ariadnes. p. 62, 10. CIC. Arat. 351 cedit delapsa -a. 409. 448. frg. 12^b. CATVLL. 66, 61 ex Ariadneis aurea temporibus fixa -a foret. VERG. georg. 1, 222 Cnosiaque ardentis decedat stella -ae. PROP. 3, 20, 18 testis siderea torta -a deae (*alii cum Passeratio tota scribentes de nocte intellegunt*). Ov. epist. 6, 115 Bacchi coniunx redimita -a. 17, 151 spectet clarumque -am. ars 1, 558 reget dubiam Cressa -a ratem (fast. 3, 459 -am Gnosida [STAT. silv. 1, 6, 88 Gnosiacae facem -ae]. GERM. 590 Minoae sarta -ae [692 AVIEN. Arat. 1080]). Ov. fast. 3, 513 sintque tuae tecum faciam monumenta -ae... aurea per stellas nunc micat illa novem. *sed cf. fast. 5, 345 supra l. 16.* met. 8, 178 sumptam de fronte -am immisit Liber caelo. 8, 181 specie remanente -ae. trist. 5, 42 vicinaque sidera vincat coniugis in caelo clara -a tuae. MANIL. 1, 319 claro volat orbe -a. 5, 269 Virginis hoc anni poscunt floresque -ae. 5, 21 Ariadnae caelestia dona -ae. 5, 258 cara Ariadnae quondam monumenta -ae. VITR. 9, 4, 4 -am tangit. 9, 4, 5. GERM. 71 clara Ariadnae sacratat igne -a. 87 stella sub aetheria lucet crinita (*clinata con. Maass*) -a. 391. 636. 667 totius sarta -ae. COLVM. 11, 2, 51. 73. 74 PETRON. 39 PLIN. nat. 18, 224. 269. 312. 313 CARM. poet. min. V 58, 4. 68, 8 AVIEN. Arat. 199. 247. 1083. 1150. 1211. AVSON. 325, 33 vanae simulacra -ae. 370, 2 HYG. astr. 2 praef. 3, 4. 4, 12 *al.*

3 t. t. architect. i. q. cornix, antepagmentum, κυμάτιον: VITR. 1, 1, 5 insuper mutulos et -as collocaverit. 1, 2, 6. 2, 8, 18 proieturas -arum (3, 5, 11). 3, 4, 5. 3, 5, 11 -a cum suo cymatio. 3, 5, 12 frons -ae. 7, 3, 5 -is explicatis. 42^{ia}. PLIN. nat. 36, 183. PALLAD. 1, 11 structura testacea cum -is prominentibus. *huc referendum fere i. q. crepido:* CVRT. 9, 4, 30 angusta muri -a. VLP. dig. 34, 2, 19, 14 in -is mensarum gemmae cedent et hae mensis (*bis*). ITALIA deut. 22, 8 (Lugd.) si... feceris -am tecto (*ποιήσεις στεφάνην τῷ δόματι σου*, VVLG. facies murum tecti per circuitum). VVLG. exod. 25, 11 faciesque supra (*sc. arcam foederis*) -am auream per circuitum (25, 25 facies ipsi labio -am interrasiem. 25, 27. 30, 3. 37, 2 *al.*)

4 de montibus, arboribus sim. quasi in modum circuli vel semicirculi sitis: LVCAN. 2, 411 populea fluvium ripas umbrasse -a. PLIN. nat. 6, 73 hos Indus includit montium -a circumdatos et solitudinibus (IORD. Get. 74 quae patria -a montium cingitur). STAT. Theb. 6, 255 collibus incurvis viridique obsessa -a vallis in amplexu nemorum sedet. SIDON. epist. 2, 2, 18 silvarum -a. *de fluviis circuitum efficientibus:* IVL. HON. cosmogr. A 8 ex se duo effecti fluvii in -am occupant montem. B 8 ad eandem -am revertitur. B 10 ad unum redacti magnam faciunt -am *al.*

5 i. q. semicirculus hirsutus super pedem equi: COLVM. 6, 15, 2. 6, 29, 3 -ae mediocres superposita sunt (PELAGON. 2). PELAGON. 129 (*gr. κύκλον*). 256 si equus -am torserit. CHIRON 20. 21. 52. 163 saepe. VEG. mulom. 1, 13, 1. 1, 38, 12 persaepe.

2 quod corpus est, corpore indutum est: CIC. Tim. 13 -um... et aspectabile itemque tractabile omne necesse est esse, quod natum est. 26. LVCR. 1, 302 -a... natura (1, 329. 2, 20. 3, 162 naturam animi atque animi -am... esse. 3, 175 AVG. civ. 7, 27). 2, 186 nullam rem posse sua vi -am sursum ferri (EXC. Bob. gramm. I 533, 7 CARM. de pond. 3 CHALC. comm. 283 al. HIL. trin. 3, 19). 3, 175 -is quoniam telis ictuque laborat animus. 4, 526 vocem (4, 540). 4, 534 -is e principiis. APVL. Plat. 1, 5 materiam (opp. incorporalis, sine corpore). 1, 9 animam... non esse -am. TERT. resurr. 2 carneum enim atque -um probantes eum (Christum. adv. Marc. 3, 15 vere -us Christus. PAVL. NOL. carm. 31, 397 -um remeare ad sidera Christum cernimus). 4, 43. NOVATIAN. trin. 5 est enim simplex et sine ulla -a concretionem deus. CHALC. comm. 56 ut omne caelestis convexi -um... circumferatur. 145 naturalia... et -a. 227 duplex est essentia, altera -a, altera carens corpore. 278 terra erat invisibilis et informis hoc est silva -a. 289 et saepe. MAR. VICTORIN. homous. 3 indigne saepe profertis quasi corpus sit deus aut -us aut hyle. HIL. syn. 43 antequam -us nascitur filius dei (cf. myst. p. 7, 17. 26, 9). myst. p. 18, 14 -ae veritatis imitatio spiritualis. trin. 1, 4 creaturarum -as conspicabilesque formas (PRISCILL. tract. p. 76, 21 -as creaturae conspicabilesque formas). 3, 20 in Matth. 24, 11 al. RVFIN. apol. Orig. 2 p. 558 mens... non indiget loco -o neque sensibili magnitudine vel corporali habitu aut colore. Basil. hom. 6, 3 -ae naturae et materialis. Orig. in gen. 1, 2 p. 147^a firmamentum... id est -um caelum. PAVL. NOL. epist. 8, 1 te adultum aetate a in spiritalibus adhuc cunabulis vagientem videt (SVLP. SEV. epist. app. 2, 19 ALC. AVIT. epist. 22 p. 54, 33). 16, 2 mundum istum -um vi incorporea gubernari (AVG. civ. 4, 10 al.). AVG. civ. 9, 17 qui cuncta -a et sensibilia prae incorporalibus et intellegibilibus postponenda iudicaverunt. 10, 11. 11, 7 aliqua lux -a est. 13, 24 al. PROSP. in psalm. 135, 5 per -am creaturam incorporeus creator agnoscitur. FAVST. REI. epist. 3 p. 173, 20 syn. comprehensibile. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 10 p. 26, 19 al. CASSIOD. in psalm. 82, 14 ventum -um in hoc tantum sentimus, quod eius impetu et transcurtionibus verberamur. nota i. q. carneus: OV. met. 6, 407 concolor hic

umerus *Pelopsis* nascendi tempore dextro -usque fuit. 15, 105 -as dapes. PLIN. nat. 11, 122 spectatissimum insigne gallinaceis, -um, serratum. 11, 125 -a haec *cornua cochlearum*. 11, 132 succedente -a cicatrice.

syn.: carnalis, conspicabilis, corporalis, comprehensibilis, materialis, sensibilis, saecularis (p. 996, 22). *opp.*: incorporeus, incorporealis, spiritualis, intellegibilis. carens (sine) corpore.

comp.: incorporeus. *deriv.*: corporealis.

(*corporeīda*) v. *corpodicina*.

corporinū σωατινόν GLOSS. III 369, 25. a corpus.

corpo, -āvi, -ātum, -āre [a corpus. *Th.*]. *legitur peculiari sensu apud priscos (v. sub I), novo rursus sensu (sub II) participium inde a CIC., verbum inde a PLIN. nat.*

I i. q. *corpus mortuum facere, interficere*: NON. p. 20 -are est interficere et quasi corpus solum sine anima relinquere. GLOSS. sauciat, ferit. -ato vulnerato (sed V 649, 33 concorporare interficere). ENN. scaen. 114 corpus contemplatur, unde -ret vulnere. ACC. trag. 604 -are abs tergo es ausus.

II i. q. *corporeum facere, corpore induere*: a *proprie*: GLOSS. -antur solidantur, in corpus religantur. PLIN. nat. 7, 66 quod germen deinde tempore ipso animatur -aturque. 10, 148 ipsum animal ex albo liquore ovi -atur. TERT. carn. 3 ut et nasceretur *Christus* et carne -retur (LACT. inst. 4, 26, 26 *Christus* -atus est et veste carnis indutus). 6 angelorum -andorum. EPIST. Paul. et Cor. II rec. A 26 simul corrupta semina deorsum surgunt in voluntate dei -ata et vestita. CYPR. adv. Iud. 7 in visceribus -atus et Iordane tinctus. IVL. VAL. 3, 51 homines absque capitibus -atos. LACT. inst. 2, 9, 21. 22. epit. 45, 5. FIRM. math. 1, 10, 11 quod in illa unitate coloris dissimilium formarum varietatibus -antur homines. PRISCILL. tract. 5 p. 62, 4. 65, 23. HIL. in psalm. 1, 5 sacramentum dei -ati (HIER. in Is. 55, 10 p. 651). in Matth. 4, 14 *Christum* in hominem -atum. AMBR. serm. 46, 6 virgam . . . quae in similitudinem est -ata serpentis. HIER. c. Ioh. 22 terra receptum semen confovet, confotum -at, -atum in membra distinguit. in Eph. 4, 4 p. 608. AVG. civ. 15, 23 aliqui spiritus elemento aërio -ati (cf. CLAUD. MAM. anim. 1, 12 p. 54, 14). serm. ed. Mai 102, 2 videte qualem partum Gabrihelis angeli sermo nuntiaverit, quem sola iussio -vit. CASSIAN. c. Nest. 7, 2, 5 aquae . . . -ari, si deus iubeat, in visceribus et gigni possunt. CLAUD. MAM. anim. 1, 23 p. 82, 21 animae -atae. 2, 3 p. 106, 3 si auctor rerum quae fecit omnia non -vit. *nota*: in *pictura*: NON. p. 37 *pictura* priusquam coloribus -atur, umbrā fingitur. i. q. *constringere, consolidare*: SOL. 15, 31 glaciem coire et in crystallum -ari. 47, 1 qui (*umor*) constrictus vi caloris velut in aestivam glaciem -atur.

b *translate*, i. q. *congregare, colligere, concorporare*: APVL. mund. 19 in urbe ex diversis et contrariis -ata rerum inaequalium multitudo concordat. TERT. pall. 2 mundus omnis qui ex diversitatibus -atus et vicibus temperatus. NOVATIAN. trin. 12 p. 906^c per istos . . . Sabelliana haeresis sacrilega -atur. CHALC. comm. 257 duum luminum coetum . . . in speculo -ari. ENNOD. opusc. 2 p. 326, 11 sacerdotes dei quasi obsoleta -atos communionem culpatis.

part. perf. pass. pro adi. *corporātus*, -a, -um. **1** i. q. *corporeus* (cf. GLOSS. p. 995, 66): CIC. Tim. 5 ortus est mundus, quandoquidem cernitur et tangitur et est undique -us (*Plato* p. 28^b σώμα ἔχω, CHALC. corporeus). NOVATIAN. trin. 9 p. 900^c de praesentia -ae veritatis. PAVL. NOL. epist. 16, 4 antiqui cassa nomina (*velut Spes*) . . . in speciem -am fingunt. 49, 8 cuius (*draconis Epidaurii*) -um phantasma vexerunt. AVG. civ. 13, 19 ne diis -is religionis obsequio subderentur. 18, 18 phantasticum autem illud veluti -um in alicuius animalis effigie appareat sensibus alienis. PS. AVG. categ. 15 haec -a esse (*opp.* sine corporibus). i. q. *corpulentus*: FIRM. math. 4, 19, 34 facit luna magnos corpore, . . . -os, sed quos honesta corporis pulchritudo condecorat.

2 i. q. *collegii socius, collegiatus*: SYMM. epist. 9, 103 totis viribus adiuvandi sunt communis patriae -i, praecipue mancipis salinarum. rel. 14, 1 -os negotiatores . . . vocare dubitavi. AMBR. off. 3, 7, 50 quantis -orum subsidiis dudum Roma fraudata est. AVELL. p. 59, 17. 79, 9. 12 irrumpentibus pluribus -is et maioribus regionum. COD. Theod. 6, 37, 1 (a. 364). 1, 10, 4 (a. 391) -orum genera quae in Cpolitana urbe versantur. 10, 3, 5 (a. 400). 14, 7, 2 (a. 412) collegiatus et . . . singularum urbium -os. 1, 6, 11 (a. 423) aliquem sacratissimae urbis -um. 14, 2 tit. de privilegiis -orum urbis Romae. NOVELL. Maior. 7, 1, 8 COD. Iust. 1, 2, 4. 1, 28, 4 omnia -orum genera. 11, 2, 6 una cum municipibus et -is eiusdem loci. LEX Burg. Rom. 46. *saepissime in titulis*: CORP. X 1869. 1880 in praediis Au(g)ustalium corporat(orum) (XII 181. 400. 409 sevir. August. -i. 1005. 3197. 3236 sevir -āt(i) al.). 1881 ingenuis et veterān(is) corp(oratis). 1890. XII 410 centon(arij) corp(orati) Massil(ienses) pa(trono). 411. 722. 726 tignarior. corp. 728. 729 -o utriclariorum (4107). 731. 733. 736. 738. 982. 1189. 1898 sagariu(s) cor(poratus). 4255 corpor. Baeterre(nses). XIV 44 Carpus (filius) corp(oratus). 161 ex decreto corporat(orum). 246, 3 ordo corporator(um) qui pecuniam . . . contulerunt. 247, 2. 250—252. 257, 12. 363. 438 -a(to corporis) mensurum frumentarior. Ost(iensium).

deriv.: corporatio, corporativus, corporatura. *comp.*: ac-, con-, in-, recorporare. incorporatus (p. 995, 67).

corporeōsus, -a, -um a corpus. GLOSS. εὐσωμος. i. q. *corpulentus*: CAEL. AVR. acut. 3, 17, 148 sicut fit, cum grave quisquam cataplasma apponendum putarit, ex plurima atque -a inductura.

? *corps*. PRISC. gramm. II 321, 25 vetustissimi tamen etiam hic et haec et hoc ops (<et corps>) (*add. D*) et cops (corps *K*) pro: opulentus et corpulentus (et c. *om. H*) et copiosus proferebant.

corpulēns, -ntis [cf. c. corpulentus. *Th.*]. GLOSS. V 185, 37 pinguis. NOT. Tir. 22, 21. corpulentior v. sub corpulentus.

corpulentia, -ae f. a corpulentus. inde a PLIN. nat.

1 i. q. *corporis amplitudo*: PLIN. nat. 1, 11, 118 quemadmodum -a contingat, quemadmodum minuat. 11, 283 somno concoquere -ae quam firmitati utilius. SOL. 27, 32 prester *serpens* quem percussit, distenditur enormique -a necatur extuberatus. HIER. in Dan. 1, 12 p. 626 sibi -am polliceri esu vilioris cibi. SIDON. epist. 2, 2, 17 de piscibus saginatis. 3, 13, 9 lumborum -am cluniumque (*syn.* crassitudo). 5, 13, 1 ballaenarum -am (i. ballaenas corpulentissimas). 7, 14, 3 (*syn.* moles). CLAUD. MAM. anim. 1, 21 p. 70, 7 cum ingentis -ae pusillanimos plerumque dicamus.

2 i. q. *corporalitas, corpus*: TERT. anim. 5 ad auferendam animae -am. *ibid.* si et atomi -as de coitu suo cogunt. 9 ter. 20. 24 et pro locis et pro institutionibus et pro -is ac valetudinibus . . . constant *ingenia et affectus*. 28. resurr. 17 quae anima habet -am propriam (*ibid.* proprium genus soliditatis). 45. 55. 60 adv. Val. 16. adv. Marc. 3, 11 praestigias putativae in Christo -ae. carn. 3 angelis conversis in -am humanam. CHALC. comm. 21 quod enim est acumen adversum obtusitatem, hoc subtilitas iuxta -am et quod subtilitas iuxta -am, hoc mobilitas iuxta immobilitatem. 22 sumemus duas quidem terrae virtutes, id est obtusitatem et -am. FAVSTIN. trin. 3, 3 *Iesum* nostram gestasse -am. AVG. epist. 120, 12. civ. 21, 4 aliquantum -ae siccioris et contractioris fuit *caro avis*. gen. ad litt. 1, 12 p. 17, 23 propter crassiorem -am, quam lux penetrare non poterat. 6, 6 p. 177, 25. 7, 15 p. 213, 25 unde (*ex umore et terra*) carnis -a solidatur. 7, 19 p. 215, 27. 10, 20 p. 323, 12 (*opp.* ratio). 10, 21 p. 325, 4 -a quae visu tactuque sentitur. quae est. hept. 3, 57. 5, 5. conf. 13, 32, 47 aëris -a. trin. 11, 2, 5 enchir. 59. serm. 214, 2 quidquid solā -a locum occupat, sicut lapis. VICTRIC. 12. CLAUD. MAM. anim. 2, 12 p. 149, 16 aëris corpora non utique eiusdem -ae, cuius est terra. CASSIOD. in psalm. 67, 3 quae (*cera*) sic ignis calore resolvitur, ut eius -a penitus absumatur. VIGIL. THAPS. c. Eutych. 2, 9 flammae -am . . . posse quidem gladio secari, non posse tamen dirimi.

corpulentivus, -a, -um a corpulentia. PHOEBAD. c. Arrian. 20 res substantiva ac per substantiam -a.

corpulentus, -a, -um [a corpus. *Th.*]. *legitur apud ENN. et PLAVT., rursus inde a COLVM.*

1 i. q. *crassus, pinguis*: PAVL. FEST. p. 62 -is Ennius (*inc.* 34) pro magnis dixit; nos -um dicimus corporis obesi hominem. ISID. orig. 10, 58 -us quod sit corpore validus et lentis carnibus (GLOSS. IV 38, 17). GLOSS. εὐσωμος. χειροπληθής. corpore plenus, validus. pinguis, crassus. *de animantibus*: PLAVT. Epid. 10 -ior videre atque habitior. COLVM. 6, 3, 5 nitidumque et hilare et -um pecus faciunt *vinacia*. QVINT. inst. 6, 1, 47 -o litigatori. GELL. 6 (7), 22 *bis* (*syn.* pinguis, praepinguis). APVL. met. 7, 23 longe crassior atque -ior. 8, 26 iuvenis satis -us. SCHOL. Cic. Bob. p. 115, 3 Hild. *cervices* immodicum fuisse -as. HIER. epist. 50, 4 belle -us est. VVLG. Dan. 1, 15 apparuerunt vultus eorum meliores et -iores (*κρείσσων*). MART. CAP. 1, 71. SIDON. epist. 8, 6, 11 bestiis. EVGRAPH. Ter. Eun. 315 si est aliqua -ior (*opp.* gracilis). *de rebus*: CHALC. transl. p. 49^c extinctus ignis aëra -ior factus (*συνκρίθην, syn.* crassior factus) instituit. CAEL. AVR. acut. 1, 9, 60 stramenta . . . -a atque calida *conveniunt* strictura affectis (*opp.* tenuia). 2, 38, 223 illa vero, quae *bulborum* -a videntur, recorporativae virtutis esse noscuntur. chron. 4, 6, 84 cum naturalis intestinorum defluit -a soliditas. CASSIAN. inst. 5, 7 escis -ioribus (GLOSS. V 424, 46 crassioribus. cf. CASS. FEL. 33 p. 69 *ciborum qualitas* oportet esse sicca vel solida aut -a, quam Graeci *sterean* vocant). CASSIOD. in psalm. 39, 2 ut exprimeret delictorum crassitudinem -am, lutum addidit, qui lacu continetur.

2 i. q. *corporalis*: PS. APVL. Ascl. 27 locus sine stellis ab omnibus rebus -is alienus. TERT. adv. Hermog. 19 principium . . . aliquid volunt fuisse quasi substantivum et -um, quod in materiam interpretari possit. CHALC. transl. p. 31^b quia -us (*σωματοειδής*) visibilisque et contiguus erat futurus *mundus*. p. 48^b (*συνπηγνύμενον*). comm. 21 quod est *retunsa terra*, quod -a, quod semper immobilis. 236 -ior simulacri moles (*opp.* delicatior). 289 esse quasdam magis, alias minus silvestres materias, aliasque aliis -iores. 297 AVG. epist. 190, 14 conf. 10, 10, 17. gen. ad litt. 3, 4 p. 66, 16 gustatum vero istis flexibilibus et -is umoribus *attribuunt*. 3, 5 p. 67, 25. 5, 21 p. 165, 10. 12, 16 p. 401, 17. c. Iul. 4, 14, 66 ceteri tres sensus (*gustandi, olfaciendi, tangendi*) -iores et quodam modo grossiores sunt. mus. 6, 5, 12 MACR. somn. 1, 6, 35. 1, 22, 5. MART. CAP. 2, 154 nec tamen ita sunt -i *daemones*, ut hominum capiantur obtutu. 8, 815 CLAUD. MAM. anim. 1, 21 p. 76, 18. 3, 11 p. 174, 7 (*opp.* absque cor-

pore). ALC. AVIT. c. Arrian. 26 p. 10, 29 -um . . . vestigium. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 8 p. 357^c -iorem quidem efficaciam cor appellans.

adv. corpulentē: AVG. gen. ad litt. 2, 4 p. 37, 14 istas aquas, quae -ius in terris fluitant.

***corpus**, -oris n. [i. q. theodisc. ref, anglosax. hrif 'corpus', cf. c. hibern. cri 'corpus', med. korefs 'corpus, species, forma'. Th.]. ISID. diff. 1, 116 dictum autem -us a corruptione. cf. orig. 11, 1, 14. *de formis*: <co>rporebus: CORP. III 9566 (ut vid.). *corpore*: CORP. VI 6244. *corpore*: FRONTO p. 136, 23 N. m¹. *corpore*: CORP. XIII 2484. *corpura*: CORP. III 9567. *graecis litteris*: TAB. devot. Audollent 270, 20 *ῥοδίου χορροῖς*. *notatur k*: CORP. V 1634. *corpore pro locativo*: LVCR. 1, 590 maculas . . . -e inesse (1, 634). 3, 382 adhaesum -e (VERG. Aen. 10, 844 inhaeret). VERG. Aen. 4, 181 quot sunt -e plumae. 12, 911 non -e notae sufficiunt vires. HOR. sat. 1, 6, 67 inspersos -e naevos al. cf. CORP. IX 4696 p. 1022, 42. *corpore pro abl.*: LEX Iul. munic. 122 CORP. XIV 497 CHIRON 363. 406. *corpore pro genet. in composito* -e custos v. p. 1015, 47. *de genere*: DVB. NOM. gramm. V 577, 10 -us generis neutri. *sed masc.*: APRING. in apoc. 21, 15 lucidior metallo . . . -us. VICT. VII. 3, 43 senilem -us. SERM. Arrian. frg. II 9 -us exteriorem. CORP. III 9508 (a. 382) super hunc -us alium -us ponere. V 121. 6186. 6244. IX 984. VI 2160 al. v. Konjetzny, Archiv 15, 301. *definitiones*: VARRO ling. 5, 11 duo status et motus: quod stat aut agitur, -us . . . -us est, ut cursor eqs. SEN. epist. 58, 14 -us quomodo divido? ut dicam: aut animantia sunt aut inanima. 102, 6 quaedam continua -a esse, ut hominem; quaedam esse composita, ut navem, domum. . . quaedam ex distantibus . . . tanquam exercitus, populus, senatus: illi enim, per quos ista -a efficiuntur, iure aut officio cohaerent, natura ducti et singuli sunt. POMPON. dig. 41, 3, 30 pr. tria autem genera sunt -um, unum quod continetur uno spiritu et graece *ἡνωμένον* vocatur, ut homo, tignum, lapis et similia: alterum ex contingentibus hoc est pluribus inter se cohaerentibus constat, quod *συννημέρον* vocatur, ut aedificium navis armarium: tertium quod ex distantibus constat, ut -a plura non soluta, sed uni nomini subiecta, veluti populus legio grex. GELL. 5, 15, 3 -us autem est, quod aut efficiens est aut patiens; id graece definitur *τὸ ἦτοι ποιοῦν ἢ πάσχον*. 5, 15, 5 -us esse Graeci dicunt *τὸ τριχῆ διάστατον* (cf. CHALC. comm. 8 perfecta porro -a sunt solida, quae ex tribus constant: longitudine latitudine crassitudine. Ps. AGENN. grom. p. 3, 18. FAV. EVL. p. 4, 29 longitudo latitudo altitudo. AVG. gen. ad litt. 7, 21 p. 217, 18 BOETH. arithm. 2, 4 p. 88, 29). CHALC. comm. 222 -a partim dicuntur mathematica ut sphaera et cubus, partim artificiosa ut navis et statua, pleraque naturalia, quae motus originem intra se habent, vitā scil. utentia. SERV. Aen. 6, 303 omne quod potest videri, -us dicitur (cf. AVG. epist. 147, 48 -a consuetudine loquendi visibilia nominantur). PELAG. in I Cor. 7 p. 735^A -us dicitur omne quod tangitur (cf. MACR. somn. 1, 6, 35 omnia -a aut mathematica sunt . . . aut talia quae visum tactumque patiantur eqs.). ISID. diff. 1, 116 (inter -us et carnem). 2, 92 (inter animam et -us). GLOSS. *σῶμα. σωματίον. δέμας* (cf. p. 1000, 29). natura vel cadaver. -a materia quaelibet. membra tabularum. *legitur per totam latinitatem; pluralis more poetico pro sing.*: ENN. scaen. 131 (2) VARRO Men. 401. CIC. Arat. 91 capricorni -a propter. 103. 435 Orion fugiens commendat -a terris. CVLEX 92. 206. 368 AETNA 99 HOR. epod. 5, 36 (gnomice) TIB. 1, 9, 73 SVLPICIA Tib. 3, 17, 2 Ov. am. 2, 10, 24 et saepe. *singularis collective ponitur*: ACC. trag. 323 CIC. Sest. 143 Rab. perd. 11. 12. 16 Pis. 42 al. Arat. 143 squamoso -e pisces. 393 LVCR. 1, 590 al. CAES. civ. 1, 54 reliquum -us navium. HOR. epist. 2, 1, 141 Ov. met. 3, 40. 9, 381 VITR. 2, 34 etc. *nota NEMES. ecl. 1, 36 p. 1017, 81.* [*loci dubii vel corrupti*: ENN. ann. 155 PLAVT. Asin. 656 CAES. Gall. 7, 72, 2 (opus pars codd.) Ov. met. 7, 429 (cornua vulgo cum M³) 15, 464 (guttura vulgo) Ib. 292 (compede vulgo) MANIL. 2, 112 LVCAN. 7, 785 (Tartara v. l.) HOMER. 456 (viscera v. l.) COMM. instr. 2, 2, 17. *saepius confunditur in codicibus pectus et corpus*: PACVV. trag. 402 TER. Eun. 314 VERG. georg. 3, 426 Ov. met. 15, 636 MANIL. 2, 254 GERM. 638 LVCAN. 4, 246 HYGIN. fab. 82 p. 82, 18.] [*val. corp, it. corpo, francog. corps, hisp. cuerpo. M.-L.*]

dispositio materiae: I corpus vivum (A proprie tam hominum [1] quam bestiarum [2], adnectitur iuncturarum delectus. B latiore sensu de persona). II corpus mortuum. III corpus rerum. IV quaevis unitas vel totum (A de voluminibus. B de societate. C res corporea).

Corpus vivum: A proprie tam de tota facie quam de trunco sine membris (nota: Ov. met. 15, 383 apes sine membris -a nasci): 1 hominum, cf. TERT. resurr. 35 p. 76, 9 ego -us hominis non aliud intellego quam omnem istam struem carnis eqs. AVG. c. Iul. 4, 14, 72 de parte hominis inferiore, hoc est de -e. *fusius explicat* Ps. SORAN. quaest. med. p. 364, 17. a *generatim*: ENN. scaen. 351 tanta vis sceleris (sc. *contagio*) in -e haeret. ann. 13 terra<que> -us quae dedit, ipsa capit. 404 -us discernere ferro. 406. 418. 571. PLAVT. Amph. 251 vertentibus Telebois telis complebantur -a. Bacch. 482. Capt. 595 illi maculari -us totum maculis luridis. 841 iam ego ex -e exigam omnes maculas maerorum tibi. 1001. Men. 757 consitus sum senectute, onustum gero -us. Mil. 640 Most. 358 Truc. 292. 520 frg. inc. 45

PACVV. trag. 274. 340. CATO agr. 157, 6 mali nihil sinet in -e consistere. 157, 7. 12 ACC. trag. 56. 461. LVCIL. 646 ne omnibus distento -e expiret viis venter eluviem. 935. 1067. 1296 si <facie> facies praestat, si -e corpus. VARRO Men. 199. 405 al. ling. 5, 21. 102 al. rust. 1, 12, 2. 1, 55, 4 olea ut eliquescat ac non solum -us intus unguat (sc. *per cibos*), sed etiam extrinsecus. 2, 1, 4. RHET. Her. 3, 15, 26 paululum -us a cervicibus demitemus al. CIC. inv. 1, 9 pronuntiatio est ex rerum et verborum dignitate vocis et -is moderatio. 2, 3. de orat. 1, 226 *virtus* etiamsi -a capta sint armis . . . , tamen . . . libertatem tenere debeat. S. Rosc. 19. Q. Rosc. 28 quid erat enim Fannii? -us Panurgi. quid Roscii? disciplina (*ibid.* nemo enim illum ex trunco -is spectabat, sed ex artificio aestimabat). Verr. 6, 140 iam consuetudine ad -a civium R. . . ferebatur manus ipsa lictoris (cf. Rab. perd. 12. 16 nomen ipsius crucis absit non modo a -e civium R., sed etiam a cogitatione oculis auribus). Tull. 49 eius magistratus (*tribuni*) -us legibus vallatum esse voluerunt (p. red. in sen. 7). Caecin. 43 non solum impulsu scutorum neque conflictu -um . . . , sed saepe clamore ipso militum . . . magnas copias pulsas esse. Catil. 1, 13 quae libido ab oculis, . . . quod flagitium a toto -e afuit? p. red. in sen. 5 ut -us abesset meum, dignitas iam in patriam revertisset. Sest. 143 -us virorum fortium . . . esse mortale, . . . gloriam sempiternam (cf. Mil. 98. rep. 6, 2d non esse te mortale, sed -us hoc). Marcell. 32 laterum nostrorum oppositus et -um pollicemur. Phil. 10, 8 -us aberat liberatoris, libertatis memoria aderat. nat. deor. 1, 30 sine -e ullo deum vult esse Plato, ut Graeci dicunt, *ἀσώματον* (1, 33). 1, 68 non -us esse in deo, sed quasi -us, nec sanguinem, sed tanquam sanguinem (1, 49. 71. 74). fat. 10 hominum mores . . . ex -e, oculis, vultu, fronte pernoscere. off. 2, 86 valetudo sustentatur notitia sui -is et observatione, quae res . . . prodesse soleant. carm. frg. 33, 10 sic -us (*Soph. Trach. 1056 δέμας*) clade horribili absumptum extabuit. Ps. CIC. exil. 2 (*in imag.*) qui a vestro -e iugum acerbissimum reppulit servitutis. LVCR. 2, 34 nec calidae citius decedunt -e febres. 2, 271 per totum -us et artus. 3, 129 al. 3, 987 immani projectu -is (*de Tityo*. cf. VERG. Aen. 6, 596 per tota novem cui iugera -us porrigitur). VERG. Aen. 2, 214 parva duorum -a natorum serpens amplexus uterque implicat. 4, 600 abreptum divellere -us Aeneae et undis spargere. 5, 396 frigentque effetae in -e vires. 8, 153 ille os oculosque loquentis iamdudum et totum lustrabat lumine -us. 8, 634 lupam mulcere alternos geminos et -a fingere (lingere *M man. pr.*) linguā. 10, 330 stringentia -us tela (cf. 10, 447 magno strinxit de -e Turni hasta). 10, 333. 743 eduxit -e telum. 773. CVLEX 206 cuius (*pastoris*) ut intravit levior per -a somnus. 368 devota dedit qui -a flammae. AETNA 99 animanti per tota errantes percurrunt -a venae. HOR. epod. 5, 36 cum promineret ore, quantum extant aquā suspensa mento -a. sat. 2, 7, 109 illis que pedes vitiosum ferre recusant -us (sc. *ebrii*). epist. 1, 4, 6 non tu -us eras sine pectore: di tibi formam, di tibi divitias dederunt. Ov. am. 3, 7, 16 et non exactum, -us an umbra forem. 3, 9, 65 si qua est modo -is umbra (Pont. 3, 3, 3 seu -is umbra, seu veri species. cf. TAC. hist. 3, 23). met. 1, 408 *pars lapidum* versa est in -is usum. 2, 235 sanguine tum credunt in -a summa (*i. in cutem*) vocato Aethiopum populos nigrum traxisse colorem (8, 382 summum destrinxit harundo -us). 4, 443 errant exangues sine -e et ossibus umbrae. 7, 830 metuit sine -e nomen. 7, 847 -usque meo mihi carius. 8, 871 habere suam *filiam* transformia -a. 10, 255 an sit -us an illud ebur (sc. *signum virginis*. cf. 10, 289 -us erat). 10, 578 ut faciem et posito -us velamine vidit Hippomenes. 11, 776 dente pedem strinxit virusque in -e liquit. 12, 463 membris et -e Latreus maximus. 14, 64 *Scylla in monstrum mutata* -us quaerens femorum crurumque pedumque (*i. eas partes -is*), Cerbereos rictus pro partibus invenit illis. trist. 2, 8, 58 qui non simulacra, sed ipsos, quique deum coram -a vera vident. 5, 13, 14 nullus in egregio -e naevus erit. Pont. 4, 4, 13 respicio: nec erat -us, quod cernere possem, verba tamen *audivi*. LIV. 2, 12, 13 quam vile -us sit iis, qui magnam gloriam vident. 7, 10, 10 cum insinuasset se inter -us armaeque (21, 8, 9). 26, 41, 24 quemadmodum noscitis in me patris patrique similitudinem oris vultusque et lineamenta -is. 26, 46, 1 ut latera infestiora subeuntibus quam adversa -a essent. 27, 13, 6 non equidem mihi . . . loqui videor cum Romanis militibus: -a tantum atque arma eadem sunt. cf. 28, 27, 4. MANIL. 1, 429 discordes vultu permixtaeque -a partu[s] Gigantes (AVSON. 100, 2 nominis ut mixti, sic -is Hermaphroditus). VITR. 1, 2, 4 uti in hominis -e e cubito pede palma digito ceterisque particulis symmetros est eurythmiae qualitas (*fusus* 3, 1, 2 sqq.). SEN. contr. 1, 1, 16 non in ministerium sustinendi -is suffecerunt pedes. 1, 2, 11 inquit in maiores, in -us, in vitam. 2, 5, 4 flagellis caeduntur artus, verberibus -us abrupitur. VAL. MAX. 5, 1, 10 absicisum a -e caput (cf. 5, 1 ext. 4). 9, 2 ext. 10 vivorum -a cadaveribus adversa adversis alligata atque constricta (cf. p. 1009, 29. 1019, 15 CELS. 1 praef. p. 12, 35). CELS. 1, 1 si quidem ignavia -us hebetat. 1, 3 p. 21 aestate vero et potione et cibo saepius -us eget. 2, 1 p. 28 -us autem habilissimum quadratum est neque gracile neque obesum. 7 praef. p. 262 potest dubitari, secunda valetudo medicinae an -is beneficio contigerit. al. SEN. benef. 4, 6, 6 ad constitutum temporum sua -i officia respondent. dial. 4, 1, 2 in -e nostro ossa nervique et articuli, firmamenta totius et vitalia . . . prius ordinantur . . . , color ultimus perfecto iam -e affunditur. 4, 19, 3 in toto -e

calidissimum pectus est. 5, 3, 6 *opp.* cadavera. epist. 49, 12 de pudicitia utraque, et illa cui alieni -is abstinentia est, et hac cui sui cura. 108, 23 quae (*culcita*) resisteret -i. apocol. 11 videte -us eius (*Claudii*) dis iratis natum. PLIN. nat. 7, 74 Homerus non cessavit minora -a mortalium quam prisca conqueri. 11, 139 oculi, pars -is pretiosissima. et saepe. SIL. 4, 191 statque omne in -e ferrum. STAT. Theb. 8, 5 manes Stygiis mirantur in oris tela et equos -usque novum (*sc. Amphiarai vivi ad inferos delapsi*). 8, 392 -a ceu mixti dominis irasque sedentum induerint equi: sic frena terunt. QVINT. inst. 3, 6, 84 in XII tabulis debitoris -us inter creditores dividi licuit (*cf. GELL. 20, 1, 48*). 5, 9, 14 -us vulsum, fractum incessum, vestem muliebrem. 9, 2, 31 in quibus (*προσωποποιίας*) et -a et verba fingimus. 11, 3, 55 -a, quae aspectui integra nervis parum sustinentur *al.* PS. QVINT. decl. 7, 6 in quaestionibus (*sc. per tormenta*) tantum -a sumus. TAC. dial. 21. TERT. adv. Marc. 3, 15 p. 401, 24 si enim Christus unctus est, ungui (autem) utique -is passio est, qui -us non habuit ungui omnino non potuit. 4, 10 p. 448, 29 si natus ex homine est *Christus*, ut filius hominis, -us ex -e est. ITALA psalm. 39, 7 (Aug. civ. 17, 20 PSALT. Rom.) -us autem perfecisti mihi (*σῶμα, VVLG. aures ex hebr.*). PAVL. sent. 5, 4, 1 iniuriam patimur aut in -us aut extra -us *egs.* ARNOB. nat. 1, 38 unum Christum fuisse de nobis, mentis animae -is fragilitatis et condicionis unius (*i. eiusdem*). SERM. Arrian. frg. I 13 post tertiam autem diem resumpsit iterum... -us. et *passim apud ecclesiasticos de Christo homine*. PRISCILL. tract. 6, 108 acceptum in victoria a nobis -us non appelletur iam terra saeculi sed domus dei. HIER. epist. 100, 3 habitantes in Babylone -bus, sed sensu et fide cum angelis in caelesti Ierusalem morantes. VVLG. Luc. 11, 34 lucerna -is tui est oculus tuus *egs.* I Cor. 7, 4 mulier sui -is potestatem non habet, sed vir; similiter autem et vir sui -is potestatem non habet, sed mulier (*cf. AVG. c. Iul. 5, 5, 19 secundum apostolum etiam solum genitale membrum nomine -is nuncupavi [sc. nupt. et concup. 1, 6, 7 inobediens homini poenam inobedientiam sui -is redditam]*). CLAUD. 3, 326 turpes habitus obscenaque visu -a *Hunnorum*. *accedit adiectivum pro genet.*: PLAVT. Merc. 73 postquam recessit vita patrio -e (LVCR. 4, 1214. MANIL. 2, 17 iterum patrio nascentem -e Bacchum. SIL. 9, 171 tela dirigit in patrium -us). ACC. trag. 323 -e hostico (*i. hostium*). CIC. inv. 2, 1 muliebri in -e pingendo (VITR. 2, 9, 1 -a muliebria cum conceperint. CELS. 7, 26, 4 TAC. ann. 15, 57). Cluent. 31 liberos ne materni quidem -is custodiae tegere potuissent (*de infante nondum in lucem edito*. LVCR. 4, 1228 maternoque mares existunt -e creti. AVG. civ. 5, 2 p. 192). MART. 8, 68, 7 femineum lucet sic per bombycina -us. PS. QVINT. decl. 18, 11 vernilium -um patientia in tormentis. PRISCILL. tract. 6, 97 caro Christi consors virginalis -is facta (AVIEN. Arat. 1282 virginei... -is). AVSON. 345, 10 Prometheo de -e. GREG. M. in Ezech. 1, 2, 21 erunt ergo tunc electorum -a claritati dominici -is configurata. *additur corporis ad subst. explicative*: CIC. rep. 6, 15 nisi enim deus... istis te -is custodiis liberavit (Lael. 14 e custodia vinclisque -is). Tusc. 1, 75 in compedibus -is (*cf. TERT. anim. 35 anima detrusa identidem in carcerem -is al.*). SEN. Oed. 185 tum vapor ipsam -is arcem flammeus urit. TERT. test. anim. 4 Platonica opinio quae tibi etiam dotem -is reddit. anim. 51 cum totam -is scaenam tempus aboleverit. resurr. 22 p. 56, 18 exiit plane iam de -is sepulcro. ITALA II Cor. 5, 4 (Tert. adv. Marc. 5, 12) qui sumus in isto tabernaculo -is (-is *om.* Tert. resurr. 42 VVLG. cum *gr.*). VVLG. Ioh. 2, 21 ille autem dicebat de templo -is sui. *opponuntur*: -us et anima: ENN. ann. 210 certando prudens anima(m) de -e mitto. PACVV. trag. 93 terra parit -us, animam aether adiugat. ACC. trag. 605 hoc anima -us liquerit. LVCL. 635 constare hominem ex anima et -e (*cf. 695. 696 γῆ -us, anima est πνεῦμα*). SALL. Iug. 2, 1 genus hominum compositum ex -e et anima est, sic... studia omnia nostra -is alia, alia animi naturam sequuntur. PS. QVINT. decl. 10, 17 TERT. adv. Marc. 4, 37 p. 548, 17 HIER. epist. 120, 12 AVG. civ. 5, 11 p. 210. 13, 12 *al. sed* CIC. fin. 4, 25 ex animo constamus et -e. 5, 34 Tusc. 3, 1 *al.* AVG. civ. 7, 6. 8, 8). VARRO Men. 32 ling. 5, 59 sq. 9, 3. 29 frg. Lact. opif. 17. LVCR. 1, 122 quo neque permaneant animae neque -a nostra. 2, 950 materies... vitalis animae nodos a -e solvit. 3, 118. 281 *al.* 440 -us quod vas quasi constitit eius (*animae. 3, 554 de animo*). 3, 1033 animam moribundo -e fudit. 5, 557 sq. SALL. Catil. 2, 8 quibus... -us voluptati, anima oneri fuit. 61, 2 eum locum amissa anima -e tegebat. VERG. Aen. 6, 714 animae, quibus altera fato -a debentur. *cf. 6, 721. 751 Ov. met. 13, 488. 15, 156 sq. 456 sq. 840. trist. 3, 3, 59 utinam pereant animae cum -e nostrae*. MANIL. 1, 759 animae dignataque numina caelo -bus resoluta suis. PHAEDR. app. 29, 2 dum vivebant -a, quorum ex reliquiis animam nos accepimus. SEN. Tro. 401 mors individua est, noxia -i nec parcens animae. dial. 1, 6, 9 epist. 108, 20 CVRT. 7, 7, 36. PETRON. 117. 132 alligata mutuo ambitu -a animarum quoque mixturam fecerant. PLIN. nat. 7, 174 animam relicto -e errare. 188. VAL. FL. 7, 277 hoc (*i. meum*) saeva -us de morte receptum, hanc animam sciat esse suam. SIL. 5, 110 quas ego (*sc. Flaminius*) tunc animas dextra, quae -a fudi (*sc. Gallorum*). 13, 559 STAT. Theb. 9, 264. 10, 750 socium coisse animas et -e in uno *Capanei* stare omnes. QVINT. inst. 5, 14, 13 soluta -e anima. PS. QVINT. decl. 4, 16. IVV. 14, 16 ani-

mas servorum et -a nostra materiā constare putat paribusque elementis. TAC. Agr. 46 si... non cum -e extinguuntur magnae animae. ann. 1, 17 denis in diem assibus animam et -us aestimari. 16, 34. HADR. carm. frg. 3 animula vagula blandula, hospes comesque -is. FLOR. epit. 4, 1, 12 FRONTO p. 233, 25 N. APVL. Plat. 1, 9. 13 esse animam -is dominam (AVG. civ. 10, 6 p. 410). 1, 18. met. 8, 8 *Charite* corrui -us et obnubilavit animam *al.* PS. APVL. Ascl. 6. CARM. epigr. 1207 terra tenet -us, nomen lapis atque animam aer. TERT. spect. 22 nat. 2, 5 anim. 5 *al.* resurr. 18 *al.* ITALA (Tert. scorp. 9) et VVLG. Matth. 10, 28 qui solum -us occidunt, animam autem interficere non valeant. PORPH. Hor. carm. 2, 17, 5 amicitiam animam esse et duo -a. FILASTR. 97, 1 *al.* AVIEN. Arat. 11. 51 SERV. Aen. 6, 362. 724 SCHOL. Bob. Cic. Planc. 23 Sest. 47. VVLG. II Macc. 7, 37 animam et -us meum trado pro patriis legibus (14, 38). I Thess. 5, 23 AVG. civ. 7, 29 *saepius. in imag.* CLAUD. MAM. anim. 1 p. 21, 13 rationis animam spernunt et verborum -a diligunt (*cf. p. 30, 3*). -us et animus (*cf. p. 1001, 65*): TER. Ad. 957 nunc tu [mi] es germanus pariter [et] animo et -e. LVCL. 638. 639 tam doloribus confectum -us animo obsistere. VARRO ling. 8, 15 ut aliae declinationes *nominum* ab animo, aliae a -e. RHET. Her. 2, 30, 48. 3, 6, 10 laus igitur potest esse rerum externarum, -is, animi (4, 31, 42 et in laudando et in laedendo in -e aut animo aut extraneis rebus dicere. CIC. inv. 2, 177 top. 89 de orat. 3, 115 part. 38 QVINT. inst. 3, 7, 12 CHAR. gramm. I 274, 4 DIOM. gramm. I 458, 34 *al.*) RHET. Her. 4, 16, 23 cuius mulieris animus esset corruptus, eius -us castum esse non putaverunt. 4, 29, 39 solum mihi superest animus et -us. CIC. inv. 1, 35 *al.* top. 74. de orat. 1, 222 summum illud bonum in animone sit an in -e. 3, 24 tanquam ab animo -us, sic a sententiis verba seiungunt. orat. 44 Caecin. 42 Mil. 104 Rab. perd. 21. Arch. 30 statuas... non animorum simulacra, sed -um. Phil. 7, 12 *al. saepe*. Tusc. 1, 42 -a nostra terreno principiorum genere confecta ardore animi concalescunt. 1, 52. 3, 15. 50 mihi summum in animo bonum videtur, illi (*Epicuro*) autem in -e, mihi in virtute, illi in voluptate. ac. 1, 19 sq. fin. 2, 33. 4, 36. 5, 34 sq. div. 1, 63 cum ergo est somno sevocatus animus a societate et a contagione -is. rep. 3, 36 sq. Tim. 21. 44 parad. 16. Att. 2, 21, 3 deformatus -e, fractus animo *Pompeius*. carm. frg. 33, 2 quae -e exanclata atque animo pertuli (*sed Soph. Trach. 1047 ἡρόλ καὶ νότοιον*). LVCR. 2, 946 ictus... omnes -is atque animi pergit confundere sensus. 3, 98 sqq. 5, 138 sq. CAES. civ. 1, 84, 4. BELL. Alex. 44, 1 vix -is viribus animum sequebatur. SALL. Catil. 1, 2 nostra omnis vis in animo et -e sita est: animi imperio, -is servitio magis utimur (*cf. AVG. civ. 9, 9*). 1, 5. 5, 1 fuit magna vi et animi et -is, sed ingenio malo pravoque. 11, 3 *al.* Iug. 2, 1 v. p. 1001, 61. 28, 5 hist. frg. 4, 21 NEP. Ages. 8, 1. AETNA 266 leves cruciant animos et -a causae. HOR. sat. 2, 2, 77 quin -us onustum hesternis vitiis (*i. cena*) animum quoque praegravat una. epist. 1, 6, 14 defixis oculis animoque et -e torpet. 1, 12, 13. 1, 17, 40 *onus* parvis animis et parvo -e maius. Ov. am. 1, 10, 13 animum cum -e amavi. epist. 7, 5 et famam -usque animumque pudicum cum male perdidim. met. 10, 351 cum -e non es passa nefas, animo ne concipe. 12, 365 tu tantum -e prodes, nos animo. 15, 317 fast. 5, 274 trist. 3, 2, 13. 3, 4, 56 sic tamen haec adsunt, ut quae contingere non est -e: sunt animo cuncta videnda meo. Pont. 2, 7, 71. LIV. 1, 4, 9 robore -bus animisque sumpto. 1, 9, 15. 1, 58, 7. 2, 20, 6 integris -bus animisque (27, 2, 8). 4, 30, 8 nec -a modo affecta tabo, sed animos quoque multiplex religio... invasit. 4, 40, 3. 5, 6, 5 *al.* MANIL. 5, 61 *Orion* sollertes animos velocia -a finget atque agilem officio mentem et... corda. VELL. 2, 23, 5 *Athenienses* animos extra moenia, -a necessitati servientes intra muros habebant. VAL. MAX. 5, 10 ext. 2. 6, 1, 1 *al.* PHAEDR. 3 prol. 13. SEN. Thy. 420 animus haeret ac retro cupit -us referre. dial. 7, 5, 4 deserto animo -i operam dare. 11, 11, 5. clem. 1, 5, 1 tu animus rei publicae tuae es, illa -us tuum (*in imag. cf. 2, 2, 1*). epist. 15, 2 maiore -is sarcina animus eliditur. 65, 16 -us hoc animi pondus ac poena est. 90, 19. 92, 1 *al.* PS. SEN. mon. 127 animum tamquam ducem cura, -us tamquam militem exerce. CVRT. 3, 6, 16. 7, 1, 20 dicimus causam liberis -bus animisque *al.* PETRON. 130 forsitan animus antecessit -is moram. 131 sine offensa -is animique. PLIN. nat. 35, 5. SIL. 16, 495 animique vigore -a agunt *pueri*. STAT. Theb. 6, 846. 7, 645 QVINT. inst. 3, 6, 25. 6, 3, 37 *al.* CARM. epigr. 850, 1 -is adque animi dirós sufferre labores. IVV. 2, 139 nil animis in -a iuris natura indulget. 9, 19 TAC. Agr. 46 hist. 1, 31 *al.* PLIN. epist. 1, 12, 8. 1, 20, 3 *al.* FRONTO p. 5, 15 N. *al.* PAVL. dig. 41, 2, 41 quia non eo animo ingressus est, ut possideat, licet -e in fundo sit. VLP. dig. 21, 1, 4, 3 *al.* APVL. Socr. 15 p. 152. 23 p. 173 equum ipsum nudum et solum, -us eius et animum contemplamur. met. 4, 32 aegra -is, animi saucia. PS. APVL. Ascl. 8 hominem confirmat ex animi et -is, id est ex aeterna atque mortali natura. VOPISC. Tac. 5, 2. AMM. 25, 4, 10 -is munus a milite, ab imperatore vero animi poscitur. VVLG. II Macc. 15, 30 -e et animo mori... paratus erat. AVG. civ. 4, 12 si mundi animus deus est eique animo mundus ut -us est, ut *mundus* sit unum animal constans ex animo et -e *al.* -us et caput: PLAVT. Poen. 343 CIC. Mil. 30 TIB. 1, 9, 22 Ov. met. 11, 141 LIV. 5, 46, 5 CELS. 1, 3 PLIN. epist. 4, 22, 7. -us et consilium: Liv. 2, 19, 5. 28, 9, 13 itaque unum consulem pro utraque parte Italiae... hinc consilium suum, hinc -us opposuisse. -us et cor: PLAVT. Cist. 551 iam horret

-us, cor salit. Mil. 617 at hoc me facinus miserum macerat meumque cor -usque cruciat. cf. 783. PACVV. trag. 276 lapit cor cura, aerumna -us conficit. AFRAN. com. 77 sollicito corde -us non potitur nunc quie. LVCIL. 189 CIC. Tusc. 2, 137. 139. APVL. apol. 52 neque enim gravius est -e quam corde collabi, pede potius quam mente corruere. GREG. M. moral. 1, 6. cf. p. 940, 81. nota: ITALA Phil. 4, 7 (Mar. Victorin. in Phil. p. 1230^A) custodiat corda vestra, item -a vestra in Iesu Christo (sed gr. *νοήματα*, unde VVLG. intellegentias). -us et ingenium: CIC. Tusc. 1, 79 quae (*similitudo*) etiam in ingeniis, non solum in -bus appareat. SALL. Catil. 2, 1 reges... divorsi pars ingenium, alii -us exercebant. 5, 1 v. p. 1002, 41. 6, 6. 8, 5 ingenium nemo sine -e exercebat. cf. or. Cottae 9 ingenio -is. NEP. Alc. 11, 3. HOR. sat. 1, 3, 34 ingenium ingens inculto latet hoc sub -e. PRIAP. 80, 6 *Tydeus* ingenio pugna, -e parvus erat. Ov. ars 2, 112 ingenii dotes -is adde bonis. MANIL. 2, 615 nec minus ingenio molli quam -e constans. SEN. contr. 3 praef. 9 suas. 7, 7. VAL. MAX. 1, 7 ext. 4 et ingenii agilitate et -is dotibus praestantiorum *filium*. SEN. dial. 6, 23, 2 nec umquam magnis ingeniis cara in -e mora est. COLVM. 6, 36, 2. QVINT. inst. 12, 10, 10 in oratione vero si species intueri velis, totidem paene reperias ingeniorum quot -um formas. TAC. Agr. 3 APVL. Socr. 3 p. 123. nota: VELL. 1, 18, 1 ut -a gentis illius (sc. *Graecorum*) separata sint in alias civitates, ingenia vero solis Atheniensium muris clausa existimes. -us et mens: ENN. frg. var. 51 terra -us est, at mentis (*pro mens*) ignis est. CIC. Verr. 3, 74 versabat se in utramque partem non solum mente, verum etiam -e. Cluent. 146 ut -a nostra sine mente, sic civitas sine lege suis partibus... uti non potest (cf. QVINT. inst. 5, 11, 25). har. resp. 39 Sest. 47. Cato 36 nec vero -i solum subveniendum est, sed menti atque animo multo magis. nat. deor. 1, 25 si ipsa mens constare potest vacans -e. Tusc. 1, 80. LVCR. 3, 445 gigni pariter cum -e et una crescere sentimus pariterque senescere mentem. 3, 510. 920. VERG. Aen. 6, 727 mens (*i. λόγος*) agitat molem et magno se -e miscet. HOR. sat. 2, 2, 109 qui pluribus assuerit mentem -usque superbum. epist. 1, 8, 7 mente minus validus quam e toto. PROP. 3, 5, 9 -a disponens mentem non vidit in arte *Prometheus*, dum homines fingit. Ov. am. 3, 4, 5. epist. 14, 37 sanguis abit, mentemque calor -usque relinquit. 17, 30 quo non possum -e, mente feror. 18, 7 met. 13, 958. trist. 3, 8, 33 nec melius valeo quam -e mente. 4, 4, 72 qui duo -bus, mentibus unus erant (*Orestes et Pylades*). 4, 6, 43. 4, 10, 37 Ib. 115 Pont. 1, 5, 52. LIV. 1, 58, 9 mentem peccare, non -us. 28, 29, 3. MANIL. 3, 150 laudis amor, tacitae mentes et -a tarda mole valent. CELS. 3, 26 p. 117 *attonitorum* et -us et mens stupet. SEN. benef. 3, 20, 1 -a *servorum* obnoxia sunt et ascripta dominis, mens quidem sui iuris. epist. 71, 14 mens hebes et quae se -i addixerit. SIL. 13, 220 nec -e magno mens erat inferior. QVINT. inst. 1, 2, 6. 8 prooem. 20 al. IVV. 10, 356 orandum est, ut sit mens sana in -e sano. GELL. 4, 13, 4 Ps. APVL. Ascl. 7 FLORENT. dig. 49, 15, 26. PANEG. 7, 17 magnis mentibus domicila -um digna metari. 12, 29. AMM. 18, 2, 12 mentis agilitate et -um. GREG. M. moral. 3, 57. -us et spiritus: CIC. Marcell. 28 *vita* -e et spiritu continetur. DOM. MARS. carm. frg. 1, 4 -bus geminis spiritus unus erat. HOR. sat. 2, 3, 310 -e maiorem... spiritum et incessum. PROP. 2, 29, 37. VAL. MAX. 4, 5, 6 quo *tempore* divinus spiritus mortali discernebatur a -e *Caesaris*. 5, 5, 3. 6, 3, 3 SEN. Thy. 906. epist. 101, 12 dum spiritus in -e fracto et inutili maneat. CVRT. 10, 6, 8 militarem sine duce turbam -us esse sine spiritu. PETRON. 141 TAC. ann. 16, 34. FLOR. epit. 3, 10, 21 -e armis spirituque terribilis. APVL. met. 6, 17. TERT. spect. 2 homo et -e et spiritu descit a suo institutore. anim. 53 auriga -is spiritus. ITALA (Tert. adv. Marc. 5, 14) et VVLG. Rom. 8, 10 I Petr. 3, 18 v. p. 1006, 38 PRISCILL. tract. 6, 95 HIER. epist. 62, 1. VVLG. I Cor. 5, 3 ego quidem absens -e, praesens autem spiritu. 7, 34. Iac. 2, 26 -us sine spiritu mortuum est. AVG. civ. 14, 15 homo mortuus spiritu volens et -e moriturus invitus. CARM. epigr. Corp. XIII 8371^b. CORP. XIV 497 -i et spiritu inconpa<ra>bili. INSCR. christ. Hisp. 65 sp(iritu)s astra petit, -us in urna iacet. -us et vita: ENN. scaen. 364. ann. 38 vires vitaeque -us meum nunc deserit omne. PLAVT. Merc. 73 Rud. 220 CIC. Verr. 4, 23 ut ipse non solum vita, sed -e atque ore significat. Caecin. 42. 61 vim vitae aut -i afferre. p. red. ad Quir. 20 cum *C. Marius* -us ac vitam suam conservasset. Mil. 100 ego meum saepe -us et vitam obieci armis inimicorum tuorum. Pis. 16 meum -us atque omnium bonorum vitam. 27 cruentare -us suum leve est: maior haec est vitae... vulneratio. Sest. 76. 143 *Herculis* -e ambusto vitam eius et virtutem immortalitas excepisse dicatur. Phil. 13, 6. off. 1, 11 ut se vitam -usque tueatur. LVCR. 1, 810 amisso iam -e vita quoque omnis omnibus e nervis atque ossibus exsoluatur. 3, 119. VERG. Aen. 6, 292 tenues sine -e vitas... volitare. 10, 819 tum vita... concessit maesta ad manes -usque reliquit. HOR. sat. 2, 7, 67 dominoque furenti committes (sc. *adulter*) rem omnem et vitam et cum -e famam. LIV. 22, 59, 19 scio in discrimine esse vitam -usque meum. TAC. Germ. 19 sic unum accipiunt maritum quo modo unum -us unamque vitam. APVL. Plat. 2, 23. AVG. civ. 8, 6 p. 330 quidquid est, vel -us esse vel vitam meliusque aliquid vitam esse quam -us *egs*. nota: PROP. 2, 34, 15 te socium vitae, te -is esse licebit. -us et voluntas: PVBLIL. V 11 voluntas impudicum, non -us facit.

b speciatim: a de stupro, concubitu (cf. p. 1001, 30): PLAVT.

Amph. 108 usuramque eius (*Alcumenae*) -is cepit sibi *Iuppiter* (1135). 833 ut mi... nemo -us corpore contigit (TIB. 1, 8, 25 -us tetigisse nocet). 1016 quem propter *uxor* -us suum stupri compleverit. Amph. frg. 10 (16) quae me absente -us volgavit suum (Bacch. 863 quae -us publicat volgo suum. Ov. met. 10, 240 sua... -a cum forma primae vulgasse feruntur *Propoetides*. LIV. 1, 4, 7. 39, 53, 3 ex vulgato -e genitum. SEN. Phaedr. 911 CVRT. 5, 1, 38. GELL. 7, 7, 5 -us in volgus dabat. cf. APVL. apol. 75 olim sollers suo, nunc coniugis -e vulgo meret). PLAVT. Asin. 512 lingua poscit, -us quaerit (cf. Cist. 563 tute tibi indigne dotem quaeras -e. Poen. 1140. CATO or. frg. 57, 1 qui palam -e pecuniam quaereret. LEX Iul. munic. [Corp. I 206] 122 LEX Iul. de vi [coll. Mos. 9, 2]. Ov. am. 1, 10, 22 miseris iusso -e quaerit opes. LIV. 26, 33, 8 quae quondam quaestum -e fecisset. VAL. MAX. 2, 6, 15 procedentes ad quaestum dotes -is iniuriā contrahebant. 6, 1, 6. 10 TAC. ann. 2, 85 MAEC. dig. 36, 1, 5 al. VLP. dig. 23, 2, 43, 6 quaestum exercere. adde: SALL. Catil. 24, 3 sumptus stupro -is toleraverant. CORP. IV 1948 Lucilla ex -e lucrum faciebat). PLAVT. Mil. 785 quae sit quaestuosa, quae alat corpus -e. 997 quae huius (*militis*) cupiens -ist. Pseud. 66 compressiones artae amantum -um (cf. CIC. Tusc. 3, 46 -um complexum. APVL. carm. frg. 4 [apol. 9], 9 pro implexis sertis complexum -is redde). PLAVT. Pseud. 1265 ubi -a conduplicant *amantes*. RHET. Her. 4, 16, 23 quae suum -us addixerit turpissimae cupiditati. CIC. nat. deor. 2, 128 et in mare et in femina commiscendorum -um mirae libidines (div. 1, 60 aut cum matre -us miscere aut cum quovis alio vel homine vel deo. PAVL. dig. 50, 16, 144 quae cum eo... -us misceat. cf. VERG. georg. 2, 327 omnes magnus alit magno commixtus -e fetus *Iuppiter*). CIC. nat. deor. 2, 146 -um lenocinia (cf. SEN. benef. 5, 7, 4 tam alieni -is leno male audit quam sui). CATVLL. 66, 80 non prius unanimis -a coniugibus tradite, *virgines*. 110, 8 quae sese toto -e prostituit (cf. SEN. contr. 1, 2, 14 uti -e prostituto. SEN. benef. 2, 21, 1 homo prostituti -is. cf. nat. 1, 16, 6). LVCR. 4, 1048 sqq. 5, 962 Venus in silvis iungebat -a amantum (CARM. epigr. 950, 8 Venus ut subito coniunxit -a amantum. Ov. am. 3, 14, 9 ignoto meretrix -us iunctura Quiriti. epist. 9, 134 met. 9, 471. 10, 464. cf. LVCR. 4, 1193 quae complexa viri -us cum -e iungit. Ov. am. 2, 8, 5 quis fuit inter nos sociati -is [*i. concubitus*] index. ARNOB. nat. 4, 21 copulatis -bus. cf. p. 1016, 50). RVT. LVP. 2, 6 muliebri ritu esse suo -e abusum (SVLP. Sev. chron. 2, 16, 3). VERG. georg. 4, 198 neque concubitu indulgent nec -a segnes in Venerem solvunt. HOR. sat. 1, 2, 135 haec ubi supposuit dextro -us mihi laevum. TIB. 1, 9, 73 -a foeda podagrā et senis amplexus culta puella fugit. LIV. 38, 24, 3 -i... vim fecit. 38, 24, 10 iniuriam -is (cf. *supra* l. 14). SEN. contr. exc. 6, 8 *virginis* violatum -us est (SIL. 17, 39 si nostrum nullo violatum est crimine -us. HYG. fab. 100 p. 93, 19). CVRT. 3, 11, 21 ne -bus quidem *feminarum* vis ac libido parcebat. 5, 6, 8 -bus et cultu feminarum abstinere. 6, 7, 2 obsequio uni sibi dediti -is vinctus (10, 1, 25). 10, 1, 3 -um ludibria. PETRON. 85 praedator -is *ephebi*. HOMER. 336 amplexu per mutua -a iuncto. TAC. Germ. 12 -e infames (ann. 1, 73). ann. 11, 29 duas paelices quarum is -i maxime insueverat. 12, 34 intemerata coniugum aut liberorum -a. 12, 65 decus pudorem -us, cuncta regno viliora habere *Agrippinam*. 14, 35. SVET. vita Ter. 27 quibus (*Scipioni et Laelio*) etiam -is gratia conciliatus existimatur *Terentius* (cf. Vit. 4). APVL. Plat. 2, 13 amatores -um. 2, 14. met. 9, 14 continuo stupro -us manciparat. PAVL. sent. 1, 13^a, 5 qui mores eius *servi* -usve corruerit (AMM. 31, 8, 6 liberorum -um corruptelis). VLP. dig. 3, 1, 1, 6 qui -e suo muliebria passus est. ARNOB. nat. 3, 8 per coitus et conubia -um. SERM. Arrian. frg. II 9 -us exteriorem a fornicatione conservat. AMM. 28, 4, 9 meritorii -is veterem lupam. HYG. fab. 93 p. 88, 14 -is copiam non fecit. HIER. epist. 75, 3 secreta -um voluptate amorem sui concilians. SVLP. Sev. chron. 1, 29, 3. nota de testiculis: HOR. sat. 1, 2, 43 dedit hic pro -e nummos (sc. *ne castraretur*). PHAEDR. 3, 11, 3 damnum... amissi -is (*in eunuchis*). **β de qualitatibus -is:** i. q. forma, facies -is (cf. APVL. met. 3, 19 p. 1008, 34): CIC. inv. 1, 49 imago est, demonstrans -um aut naturarum similitudinem. LVCR. 5, 879 nec... esse queunt duplici natura et -e bino ex alienigenis membris compacta. VERG. georg. 4, 413 mutato -e (CIRIS 198 humanos mutatae -is artus *Progne et Philomele*. 527 reddidit optatam mutato -e vitam fecitque in terris haliaetos ales ut esset. Ov. met. 1, 2 in nova... mutatas dicere formas -a. 1, 650. 7, 233. 9, 393 trist. 1, 1, 120. cf. COLVM. 6, 29, 4 annorum notae cum -e mutantur [= PELAGON. 1 VEG. mulom. 3, 5, 2]. nota: SALV. gub. 2, 19 cultu et -e mutatur *David*). VERG. Aen. 12, 472 *Iturna* cuncta gerens, vocemque et -us et arma Metisci. HOR. sat. 1, 2, 90 ne -is optima Lyncei contempleris oculis (*ibid.* facies decora). PROP. 3, 17, 25 curvaque Tyrhenos delphinum -a nautas... desiluisse. Ov. met. 2, 663 in volucrum -us nati... versum. trist. 2, 64. 556 in facies -a versa novas. AMM. 30, 1, 17 HYG. astr. 2, 66 p. 55, 24 al.). Ov. met. 11, 404 -us praeterque colorem omnia servavit *lupus in lapidem versus*. 14, 298 sociorum -a poscit *Vlixes a Circe*. STAT. silv. 2, 7, 78 qui -a prima transfiguratur (*de poeta*). 4, 6, 21 locuturas (*i. simillimas*) mentito -e ceras edidici. Theb. 3, 486. ENNOD. opusc. 10, 9 *redemptor* innocui -us suscepit incendii (sc. *rubi ardentis*). i. q. valetudo -is: CIC. Att. 11, 22, 2 iam enim -e vix sustineo gravitatem huius caeli. epist. 9, 20, 3 inde -i

2 *translate: a de hominibus: i. q. elate loquens, turgidus*: Ov. am. 2, 18, 18 deque -o vate triumphat Amor (lb. 595. 531 -um cecidisse Lycophrona narrat. MART. 5, 5, 8 grande -i ... Maronis opus. 7, 63, 5 sacra -i non attigit ante Maronis ... quam ... cf. Ov. fast. 5, 348 non est illa [*Flora*] -as inter habenda deas). AMM. 28, 4, 27 ita -os et turgidos, ut Heraclidas illos ... putes. VEN. FORT. carm. praef. 1 *scriptores tropis* ... coronati pariter et -i. 3, 18, 2 -o verba rotata sofo. i. q. *superbus*: FVLG. aet. mund. p. 154 solita callositatis duritia -a Iudaea asperatas in protervitatem cervices erigit. b *de sermone sim: i. q. elatus, tumidus*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 159 sublime -um canorum et tragici ponderis carmen. HIER. epist. 66, 9 simplices epistulae tuae ... , non -am affectas eloquentiam. MACR. sat. 7, 5, 28 censura -i sermonis. VLT. SYLL. gramm. IV 255 quod numquam possit tumidioribus -isque verbis ornari. SEDVL. op. pasch. 1, 1 sive clamoribus -ae tragoediae seu ... comica foeditate. MART. CAP. 2, 121 (vers.) *Melpomene* sueta -os scaenis depromere cantus soccumque ferre comicum. SIDON. epist. 8, 11, 5 faciebat ... hexametros crepantes et -os. ENNOD. opusc. 1, 78 p. 282, 17 -is relationibus Alexandrum iactet antiquitas. PHOC. carm. de Verg. 123 -o Teucrorum proelia versu ... tonuit. VEN. FORT. vita Hil. 14, 50 scripturam Davitici carminis sermone -o (*coturnano V*) ... reseravit.

adv. comparat. cothurnātius: AMM. 28, 1, 4 cum -ius stilus procederet lacrimosus. *syn.*: tumidus. turgidus. *opp.*: excalceatus.

cothurnosus, -a, -um a *cothurnus*. i. q. *superbus, ferus*: GREG. Tyr. lul. 31 vidimus *cuturnosos* tauros, qui ... funibus ducebantur (*opp. mansuetos*). vit. patr. 1, 3 viri *cotornosi* atque elati.

cothurnus, -ī m., *κώθορνος*. **coturnus**: CARM. epigr. 1510, 1 fluxa aut *symmata* Bacchici coturni. *et saepissime in codicibus*. *cuturnis*: GLOSS. V 278, 64. GLOSS. *superbia* aut *calciamenti* genus. -um vel *cotursum* *superbum*, *compositum*, *calciamentum*. -o genus *calciamenti* vel *spiritu[s]* grandi. *crince (anglosax.)*. *legitur inde a LIV. ANDR. [tarant. cuturno. M.-L.]*

1 *proprie: a i. q. calceamenti genus, fere i. q. ἐνδορῆς (de quo v. Pottier, Daremberg-Saglio II p. 1544)*: SERV. Aen. 1, 337 -i sunt *calciamenta* etiam venatoria crura quoque vincientia, quorum quivis utrius aptus est pedi (cf. ecl. 7, 32 GLOSS. V 106, 7, *ubi additur*: unde si quis duobus discordantibus fuerit amicus, -us dicitur [*Theramenes, Xenoph. Hell. 2, 3, 31*]). PROB. Verg. georg. 2, 8 vena-

torum, quibus crura etiam muniuntur; cuius calceamenti effigies est in simulacris Liberi et Dianae. ISID. v. *infra l. 28*. GLOSS. altum calciamentum, quo venatores utuntur. genus calciamenti rustici. genus calciamenti. *ἰπόδημα. ἰπόδημα συγκλητικόν.*
LIV. ANDR. ap. Ter. Maur. 1935 (Ribb. trag. p. 5) purpureo suras include -o (VERG. Aen. 1, 337 virginibus Tyriis mos est... purpureo alte suras vincire -o. CORIPP. Iust. 2, 104 purpureo terrae resonant fulgente -o). CIC. fin. 3, 46 si -i laus illa esset ad pedem apte convenire neque multi -i paucis anteponebantur nec maiores minoribus. Phil. 3, 16 Tuditanus... ille, qui cum palla et -is nummos populo de rostris spargere solebat. VERG. ecl. 7, 32 puniceo stabis suras evincta -o (VAL. FL. 1, 384 puniceo cui circumfusa -o palla... ferit... pedes. NEMES. cyn. 90 candida puniceis aptentur crura -is). VERG. georg. 2, 8 (*de Baccho*) nudataque musto tingue novo mecum dereptis crura -is (VELL. 2, 82, 4 thyrsus tenens -isque succinctus curru velut Liber pater vectus). PLIN. nat. 7, 83 (*de athleta*) -isque quingentum pondo calciatum. TAC. ann. 11, 31 Silius hedera vinctus, gerere -os. SVET. Cal. 52 modo in crepidis vel -is, modo in speculatoria caliga, nonnumquam socco muliebri. MACR. sat. 4, 4, 13 Demosthenes... invidiam Midiae facit, se pulsatum -o. QVEROL. p. 17, 13 sume laneos -os semper refluos. SIDON. carm. 2, 401 retinacula bina -is mittit in adversum vincti de fomite pollex. ENNOD. epist. 1, 5 p. 9, 18 hactenus trabealis -i pompam familiae nostrae peregrina ornamenta tribuebant. CORIPP. Iust. 3, 169 ense latus cincti, praecincti crura -is. ANTH. 941, 18 purpureas croceo suras evincta -o *Voluptas*.

b calceamentum quo utebantur tragoedi (cf. A. Körte, *Festschr. Basel 1907 p. 198*; K. Smith, *Harvard studies XVI 123*): ISID. orig. 19, 34, 5 (= GLOSS. Plac. V 11, 12. 59, 14) -i sunt quibus calciabantur tragoedi, qui in theatro dicturi erant, et alta intonantique voce carmina cantaturi; est etiam (enim ISID.) calciamentum in modum crepidarum, quo heroes (ISID., lertes GLOSS., mulieres *Bücheler*) utebantur, sed tale est, ut in dextro et in laevo conveniat pede. cf. SERV. ecl. 8, 10 -us... calciamentum tragicum, cuius usum quidam Sophoclem primum scaenae intulisse volunt (*sed cf. l. 41. 48*). GLOSS. -i *ἐμβάται τραγῳδοῦ*. HOR. sat. 1, 5, 64 nil illi larva aut tragicis opus esse -is (Ov. rem. 375 tragicos decet ira -os. trist. 2, 393 nec tragicos tetigisset Scylla -os. Pont. 4, 16, 29 Musaque Turrani tragicis innixa -is. *proverbialiter*: AMM. 20, 1, 2 de tragico, quod aiunt, -o strepentem. 27, 11, 2 ut videretur... de -o strepere tragico. cf. *infra l. 55. 77*). HOR. ars 280 Aeschylus... docuit magnumque loqui nitique -o. Ov. am. 2, 18, 15 risit Amor pallamque meam pictosque -os (3, 1, 31 movit pictis innixa -is). 3, 1, 14 Lydius alta pedum vincla -us erat *Tragoediae*. 3, 1, 45 quam (*Elegiam*) tu non poteris duro reserare -o. 3, 1, 63 me sceptro decoras altoque -o. STAT. silv. 5, 3, 97 aversaque caelo sidera terrifico super intonare -o. QVINT. inst. 6, 1, 36 si personam Herculis et -os aptare infantibus velis. TERR. spect. 23 tragoedos -is extulit. PORPH. Hor. ars 278 Aeschylus primus tragoedis -os et syrma et personam dedit. IVST. 16, 5, 10 -is regum tragicorum... utebatur. *adde*: PLIN. epist. 9, 7, 3 illam *villam* quod quasi -is, hanc quod quasi socculis sustinetur. FRONTIN. strat. 1, 11, 10 hominem altissimis -is et veste purpurea ac coma venerabilem. IVV. 6, 506 breviorque videtur virgine pygmaea nullis adiuta -is. CARM. epigr. 1510, 1 syrma Bacchici -i. *in imagine*: PHAEDR. 4, 7, 5 in -is prodit Aesopus novis. MART. 8, 3, 13 iuvat ad tragicos soccum transferre -os. QVINT. inst. 10, 2, 22 nec comoedia in -os assurgit nec... tragoedia socco ingreditur. APVL. flor. 9 p. 37 poemata... apta virgae, lyrae, socco, -o. met. 10, 2 te tragoediam, non fabulam legere et a socco ad -um ascendere. TER. MAVR. 2205 qui -is regio actus levant. CONSTANT. epist. ad Opt. Porf. 3 illigavit alter -is affectus hominum, comoediis et prope cotidianis... verbis locutus est alter. SYMM. epist. 1, 89, 1 quos -us altior vehit et structurarum pigmenta delectant. CLAUD. 17, 315 qui pulpita socco personat aut alte graditur maiore -o. DRAC. Romul. 10, 20 longis sublata -is... Melpomene tragicis cum surgit iambis. Orest. 13 Melpomene tragicis descende -is et pede dactylico resonante quiescat iambus. *adde*: APVL. flor. 9 p. 29 *mea verba* ad limam et lineam certam redigitis, cum torno et -o <ad> verum comparatis. *metonym. i. q. tragoedia*: VERG. ecl. 8, 10 sola Sophocleo tua carmina digna -o (Ov. am. 1, 15, 15 nulla Sophocleo veniet iactura -o. MART. 3, 20, 7 in -is horridus Sophocleis. 5, 30, 1 Varro, Sophocleo non infitiande -o. cf. PLIN. nat. 7, 109 Sophoclem tragici -i principem). HOR. carm. 2, 1, 12 grande munus Cecropio repetes -o (SCHOL. *ad l.* -um autem tragoediam a frequenti dixit usu -orum. cf. ENNOD. carm. 1, 7, 11 lubrica Cecropio confidens lingua -o). ars 80 hunc socci cepere pedem (*iambum*) grandesque -i (SCHOL. Hor. *ad l.* soccis comoediam intellegimus, -is tragoediam. et grandes -i tragoediae). Ov. trist. 2, 533 dedimus tragicis scriptum regale -is, quaeque gravis debet verba -us habet (MANIL. 5, 458 tragico praestabunt verba -o. MART. 12, 94, 3 translulit ad tragicos se nostra Thalia -os). SEN. dial. 9, 11, 8 inter multa alia -o, non tantum sipario, fortiora. MART. 8, 18, 7 Vario cessit Romani laude -i (11, 9, 1 Romani fama -i). IVV. 7, 72 sit non minor antiquo Rubrenus Lappa -o. 15, 29 vulgi scelus et cunctis graviora -is. APVL. flor. 10 p. 63 ioca non infra soccum, seria non usque ad

-um. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 250 si heroo -o par habuisset ingenium. HIL. gen. 5 rauca... stridens et nullis digna lingua -is. AVSON. 399, 38 socci et -i musicam. MALL. THEOD. gramm. VI 594 hoc (*iambo*)... tragoediarum scriptores... -um extulerunt. CLAUD. 18, 299 exempla... quae socci superent risus luctusque -i. *nota*: AMM. 28, 6, 29 ne quid -i terribilis fabulae relinquerent intemptatum.

2 translate: a i. q. elatio, altitudo vel etiam tumor orationis: VARRO Men. 570 tantis -is accipit Critonia caliandrum. PROP. 3, 17, 39 haec ego non humili referam memoranda -o, qualis Pindarico spiritus ore tonat. 2, 34, 41 Aeschyleo componere verba -o. PLIN. nat. 35, 111 -us et gravitas artis. 37, 40 cum tanta gravitas ei (*Sophoclis*) -i sit. QVINT. inst. 10, 1, 68 quibus gravitas et -us et sonus Sophocli videtur esse sublimior. TAC. dial. 10 -um vestrum aut heroci carminis sonum... lyricorum... iucunditatem et... quamcumque aliam speciem eloquentia habeat. IVV. 6, 634 fingimus haec altum satura sumente -um. APVL. apol. 37 argumenti sollertiam et -um facundiae. CYPR. ad Donat. 8 -us est tragicus prisca carmine facinora recensere. SYMM. or. 2, 26 ne in poeticos flatus rerum ingentium -us erumpat. AMBR. Abr. 2, 10, 70 quae simplicibus verbis scriptura sacra exprimit magno quodam -o... personant. PS. AMBR. apol. Dav. IV 1, 1. HIER. epist. 37, 3 sermo compositus et Gallicano -o fluens (58, 10 Hilarius Gallicano -o attollitur. VEN. FORT. vita Marcell. 2, 7 cur... inter Gallicanos -os Itala Patavinitas plano pede ire praesumat? cf. SVLP. SEV. dial. 1, 27, 2 audietis me... nihil cum fuco aut -o loquentem. ENNOD. epist. 1, 15 p. 26, 11 grandis -us est in eloquentia simulare formidinem. v. Norden, *Antike Kunstprosa p. 635*). RVFIN. Orig. princ. 4, 6 divino... -o libros esse conscriptos. AVG. mor. eccl. 1, 31, 68 super narrationis simplicitatem -um etiam laudatoris addendum. epist. 187, 21 a cuius sacrificii humilitate longe abest typhus et -us illorum. c. Iul. 5, 3, 8 inoboedientiam... tamquam... bonum -o sermonis enarras (FACVND. defens. 4, 2 oratione simplex et sine ullo sermonis -o). cf. SIDON. epist. 2, 9, 4 -o Latiaris eloquii nobilitabantur. VIGIL. THAPS. c. Arrian. 2, 1 narratio veritate magis quam -o tumentis adornetur eloquii. c. Eutyech. 1, 15 hoc opus -o tumentis eloquii inflari non debuit. MART. CAP. 8, 809 deridebas vatium tumores... poetarum rhetorumque -os. ENNOD. epist. 3, 24 p. 89, 25 abiectioem a nobis diligi pro -o. carm. 1, 8, 51 ne mea grandisono flammantur corda -o. ARATOR act. 2, 756 *triumphos* quos pomposo reboant tua (*Troiae*) bella -o. VEN. FORT. carm. 9, 7, 34 codicem farsum tumido -o. SCHOL. Hor. ars 138 quid dignum tanto... hiatu: id est hoc -o, quid dignum tanto prooemio. *dub.* VARRO Men. 465 (cf. Stowasser, *Archiv 1 [1884] 294*).

b i. q. superbia, tumor (GLOSS. superbia, gloria. supercilium. -o supercilio, fastu. -um superbium): AMM. 21, 16, 1 imperatoriae auctoritatis -um... custodiens popularitatem... contemnebat. ALC. AVIT. prol. ad Apollin. p. 201, 4 in -um petulantioris audaciae... procedo. ENNOD. dict. 21, 3 p. 484, 5 ne -us ille sublimior oris facultate... in possessione sua credat esse victoriam. CASSIOD. var. 1, 4, 7 in -um se magna potestatis erexit. GREG. Tvr. Franc. 4, 6 -o vanae conflatus gloriae ait... 4, 11 vanitatis -o elatus. 10, 15 Basinam altiore -o dispiceret. vit. patr. 17 prol. non -o iactantiae tumescebat. VEN. FORT. Mart. 4, 539 tumido gliscente -o. MONTAN. epist. 1, 3 potestativo elatus -o.

syn.: fucus, hiatus, gravitas, tumor, typhus. *opp.*: soccus. abiectio. simplicia verba.

deriv.: cothurnatio, cothurnatus, cothurnosus.

cōtlarius, -ī m. a cos. GLOSS. II 117, 22 -us et samiator *ἀκονητής*. 223, 12 *ἀκονητής* samiator -us acutiator. cf. III 25, 57 *ἀκονητής* coeliarius samiator (v. Blümner, *Technologie IV p. 353, 7*).

1. cōticula, -ae f. a cos diminutive. GLOSS. *ἀκόνιον. ἀκόνη*. III 207, 62 cuticula *ἀκόνη*. cf. II 575, 47 cuticula cutis diminutivum (*nisi ad cutis spectat*).

i. q. lapidis genus, quo aurum vel argentum ad obrussam exigitur, lapis Lydius vel Heraclius, βάσαυος (de quo v. PLIN. nat. 33, 126): PLIN. nat. 1, 33, 43 de -is aurariis. **i. q. mortariolum ex hoc lapide factum, quo medici utuntur**: ISID. orig. 4, 11, 8 -a est in qua circumducta (circumdata Otto) collyria resolvuntur; est enim lenis. nam aspera frangi potius quam resolvi collyrium facit. PLIN. nat. 31, 100 *sal* cum lacte in -is teritur. 34, 105 Aegyptii collyrii id (*aes*) modo terunt in -is. 36, 63 Thebaicus lapis... -is ad terenda collyria quadam utilitate naturali conveniens. 37, 140 inde (*ex achata gemma*) medicis -as (coteculas B) faciunt. DAMIG. lapid. 21 lapis *Medius* tritus super -am medicinalem (v. Blümner, *Technologie IV p. 137*; Jacobs, *Daremborg-Saglio II p. 1548*).

2. coticula, -ae f. APIC. 7, 259 callum, libelli, -ae, ungellae (*fort. i. q. costiculae vel codiculae*). *Wulff*.

cotidiē sim. v. cottidie. cotil(l)a v. 1. cotula.

cotinus, -ī m. [*κότινος. Th.*]. PLIN. nat. 16, 73 est in Apennino et frutex, qui vocatur -us, ad linamenta modo conchylii colore insignis. DIOSC. 1, 114 de agrielea, id est oleastru, quem multi cothinon dicunt.

cotio v. cos. cocio. coitio. cotis v. cos et cutis.

cotonea, -ae f. nomen herbae: PLIN. nat. 1, 26, 26. 26, 42 alus autem, quam Galli sic vocant, Veneti -am, medetur lateri.

tutissimum est. insolitum contra lassat, quod enim contra consuetudinem est, nocet. SEN. dial. 5, 19, 3 quod tanto opere admiraris, isti beluae -um est. 11, 1, 3 quid quod novis verbis nec ex vulgari et -a sumptis allocutione opus erat. nat. 4, 13, 1 -um istud et sine effectu iurgium est. 6, 32, 3 -o et vulgari exitu. epist. 81, 21 illi enim vulgari et -a res contigit. ASCON. Scaur. p. 25 haec ipsa -a res. PLIN. nat. 9, 120 magnificam . . . cenam . . . , sed -am Antonio apposuit. 19, 59 iam in fenestris suis plebs urbana imagine hortorum -a oculis rura praebant. MART. 11, 1, 2 cultus Sidone (sindone *pars codd.*) non -a liber. QVINT. inst. 12, 9, 21 in rebus -is ac domesticis. decl. 260 p. 66, 29 non redibunt ad opus -um, non sufficient assiduo labori. GELL. 1, 6, 5 quae (res) -a intelligentia et communi pervolgatoque vitae usu comprehenderetur. PAVL. dig. 34, 3, 25 -a enim sunt. PAPIN. dig. 41, 3, 44 pr. propter assiduam et -am comparationem servorum. TERT. adv. Marc. 3, 13 res -a, iuenculae scilicet praegnatus et partus. TREB. Claud. 14, 12 ligni -i pondo mille. GAUDENT. serm. 11 -is et usitatis exemplis. SERV. Aen. 3, 270 iuxta morem -um. HIER. epist. 36, 14 pedestris et -ae similis et nullam lucubrationem redolens oratio. AVG. civ. 1, 11 sub -is vitae huius casibus. gen. ad litt. 5, 2 p. 139, 26 sol . . . , cuius praesentia dies iste -us usitatusque peragitur. SVLP. SEV. epist. 2, 13 praeter illa -a illius adversum vim humanae spiritualisque nequitiae diversa certamina. MARTYR. gramm. VII 167 quae nusquam nisi in diversis -is glossematibus reperiri.

quasi substantivum: LYD. mag. 3, 20 ἐπὶ τῶν λεγομένων δευτέρων ἢ κοττιδιανῶν ἀντὶ τῶν ἐφημέρων. 3, 27. 68. CIC. ad Q. fr. 2, 13, 3 hoc enim est eius -um se ne tribunum militum quidem facere. SEN. nat. 7, 1, 1 ut nos -a . . . transeant, contra minimarum quoque rerum, si insolitae prodierunt, spectaculum dulce fiat. 7, 16, 1 si per -a duceretur. cf. p. 1090, 70. QVINT. decl. 247 p. 11, 27 id ex -is et in frontem incurrentibus approbari potest. SVET. Claud. 40 illa eius -a et plane omnium horarum et momentorum erant. VOPISC. Aurelian. 1, 7 in quibus (libris) ipse -a sua scribi praeceperat. QVEROL. p. 11, 8 tu nunc requiris -a et iocularia. SVLP. SEV. dial. 2, 5, 3 etiam minima illius et -a animus festinat agnoscere. GREG. M. epist. 9, 240 in -a militum praefecturae sunt mutuati. CHIRON 856 hoc habebis in -o.

adv. cottidianō. i. q. *cottidie:* ROMAN. Char. gramm. I 193, 13 cum -o, non cottidiane disserimus. PLAVT. Capt. 725 nisi -o sesquopus confeceris. AFRAN. com. 369 -o in rebus maximis qui propositis non potest quin meo sit nixus nomine. CIC. Verr. 5, 18 res illum divinas apud eos deos in suo sacrario prope -o (RS, cotidie *VHpδ*) facere vidisti. rep. 6, 2 ut . . . -o in forum mille hominum cum palliis conchylio tinctis descenderent. RVT. LVP. 1, 2 quae -o vehementer eius animum excruciant. PLIN. nat. 11, 154 palpebrae in genis homini utrimque, mulieribus vero etiam infectae -o. FRONTO frg. Char. gramm. I 197, 3 satis abundeque honorum est quos mihi -o tribuis. SIDON. epist. 8, 11, 3 v. 19 Orpheum . . . , qui -o (*Luetjohann*, cotidiana *codd.*) saxa et robora corneasque fibras mollit dulciloqua canorus arte. *cottidiānē* v. l. 38.

**cottidiē.* [*praeter diei vocabulum aut vocem quot continere videtur (cf. ὁμημέραι 'quot diebus') aut casum locativum vocabuli, quod apud Indos est katithāh 'quotus', ita ut primo 'quotocunque die' significaverit (cf. postridie). v. Wackernagel, Zeitschr. f. vergl. Sprachf. 29, 147; Joh. Schmidt, ibid. 25, 94. Th.]. de etymologia et scriptura: QVINT. inst. 1, 7, 6 frigidiora his alia ut . . . quotidie non cotidie, ut sit 'quot diebus' (*idem postulat* ISID. orig. 1, 26, 22. 5, 30, 18): verum haec iam etiam inter ipsas ineptias evanuerunt. VEL. gramm. VII 79, 17 vitiose et dicere et scribere, qui per 'quo' quotidie dicunt, quam per 'co' -e, . . . non enim est a quoto die quotidie dictum, sed a continenti die -e tractum. MAR. VICTORIN. gramm. VI 13, 22 concussus quamvis a quatio habeat originem et cocus a coquendo et -e a quoto die . . . attamen per c quam per q scribendum. CONSENT. gramm. V 392, 1 *barbarismus* per adiectionem litterae sic fit, ut si quis dicat . . . cottidie pro cotidie. PRISC. gramm. III 334, 9 illi 'ὁμημέραι' καὶ 'ἄσαι ἡμέραι' . . . hinc Romani '-e' vel 'quotidie' pro 'quot dies' et 'quotannis' pro 'quotquot eunt anni' CASSIOD. gramm. VII 149, 7 (*ex Cornuto*) 'quotidie' sunt qui per co '-e' scribant, quibus peccasse licet desinere, si scient quotidie tractum esse a quot diebus, hoc est omnibus diebus. VII 158, 18 (*ex Curtio Valesiano*) -e per c et dicitur et scribitur non per q, quod non a quoto die, sed a continenti die dictum est. *in codd. saepissime legitur et cottidie et cotidie; raro atque praecipue apud auctores recentiores* quotidie; *ex. gr. apud FRONTONEM* cotidie 13^{tes}, cottidie 6^{tes}, quotidie *semel. in titulis:* cottidie: LEX Iul. munic. (Corp. I 206) 16 EDICT. imp. Diocl. 1, 15 CORP. VI 1783, 32 (*a. 431*) CARM. epigr. 186, 11. 231 (*Pompeis*). 629, 9. 708, 3. 4 cottidiae. cotidie: DECRET. decur. Tergest. (Corp. V 532) 1, 18. quottidie: CORP. III 10716. cf. *Bücheler ad CARM. epigr. 231, 2.* cotīdiō: CHAR. gramm. I 196, 7 cotidio ut falso pro cotidie C. Caepio in M. Aemilium Scaurum lege Varia: cum ab isto viderem cotidio consiliis hosteis adiuvari. DIFF. ed. Beck p. 39, 104 assidue sedulitatis est, -e perseverantiae est, saepe frequentiae est vel temporis spatii. *legitur inde a PLAVTO. deest apud LVCIL. CATVLL. HOR. ASCON. STAT. FRONTIN. omnesque poetas dactylicos, praeter:* CARM. epigr. 629, 9 -e fletus dat et in pectore pal-*

mas. COMM. instr. 2, 12, 8 ut tuo praeposito -e praesto sis ante. 2, 24, 2 unde tu largiris, alter -e plorat. [*port. cutio. M.-L.*]

GLOSS. ὁμημέραι, καθ' ἡμέραν, καθήμερινός. i. q. *omnibus diebus:* PLAVT. Cist. 43 haec quidem ecastor -e viro nubit, nupsitque hodie. Rud. 16 -e ille scit quis hic quaerat malum. Stich. 121 ut -e pridie caveat, ne faciat quod pigeat postridie. 165 uteri dolores mihi oboriuntur -e. CARM. Nelei Fest. p. 317 foede stupreque castigor -e. CATO agr. 23 ubi indideris defrutum aut marmor aut resinam, dies xx permisceto crebro, tribulato -e. 25 vinaceos -e recentes succernito lecto. 88 id aliquotiens in die -e facito. SCIP. min. or. frg. Gell. 6, 12, 5 qui -e unguentatus adversum speculum ornetur. AFRAN. com. 4 iste, ut tum rem narras, bona comest -e. VARRO Men. 325 ut venalem tuniculam poneret -e. ling. 9, 26 -e quater. rust. 1, 31, 5 -e vesperi. 3, 16, 2 paene -e in convivio omnibus daretur mulsum. 3, 17, 9 bis -e (CAES. civ. 3, 61, 2 QVINT. inst. 2, 5, 14 APVL. apol. 53). RHET. Her. 4, 49, 62 qui -e per forum medium tamquam . . . draco serpit. CIC. Quinct. 40 cum tibi -e potestas hominis fuisset admonendi. dom. 113 cum mihi summa et -e maiora praemia in re publica fore putabas. Marcell. 12 -e magis (Phil. 1, 5 cum . . . -e magis magisque perditii homines . . . tectis ac templis urbis minarentur. Brut. 308 Att. 1, 20, 7. 5, 7. 7, 5, 4. 11, 12, 3. 12, 9. 14, 18, 4. 16, 2, 4 ad Q. fr. 1, 2, 5. 3, 9, 6 Brut. 1, 18, 5 epist. 2, 18, 2. 5, 19, 1. 6, 4, 2. 6, 6, 13. 6, 10, 2. 13, 5, 7 PLANC. Cic. epist. 10, 23, 7 LIV. 3, 12, 7 QVINT. inst. 2, 1, 1. 9, 4, 142 SPART. Did. 6, 1 EPIF. Alex. 5). CIC. de orat. 1, 200 quod in eius infirmissima valetudine . . . maxima -e frequentia civium . . . celebratur. Brut. 305 -eque fere a nobis in contionibus audiebantur (*ibid. iterum.* Att. 12, 42, 1 epist. 6, 5, 1. 9, 16, 4. 15, 2, 1 BELL. Afr. 30, 1). Tusc. 3, 75 erat illa opinio -e recens. Att. 5, 7 -e vel potius in dies singulos breviores litteras ad te mitto. 5, 9, 3 Dionysium semper equidem . . . dilexi, sed -e pluris facio (epist. 3, 4, 2). 14, 11, 2 quam video -e faciliorem. ad Q. fr. 3, 1, 9 te a Caesare -e plus diligi. 3, 3, 2 comitorum -e singuli dies tolluntur. epist. 1, 9, 22 -e vehementius. 6, 5, 1 quae quidem -e faciliores mihi et meliores videntur. 6, 6, 1 -e melius. PVBLIL. C 13 -e damnatur, qui semper timet. C 20 -e est deterior posterior dies (*cf. PETRON. 44, 12 heu heu, -e peius*). CAES. Gall. 5, 57, 3 prope -e . . . Indutionam sub castris eius vagabatur (LIV. 27, 25, 14 QVINT. inst. 2, 13, 17 PLIN. epist. 6, 6, 3 AMM. 15, 4, 9 VEG. mil. 2, 2). LIV. 44, 16, 5 Philippus institutum usque ad ultimum vitae diem servarat -e. VITR. 9, 8, 13 capricorni -e singula puncta tangens. SEN. contr. 1 praef. 6 in quantum -e ingenia decrescant. VELL. 2, 84, 1 ad Caesarem -e aliquis transfugiebat. VAL. MAX. 1, 8 ext. 18 pecora haustu aquae -e recreantur. CELS. 3, 21 -e ter quaterve opus est uti frictione vehementi. 3, 22 sed paulatim, -eque pluribus diebus . . . servantur. 4, 14 bis -e. 4, 31 neque -e neque diu. 6, 6, 15 diuque -e ieiunis perfricandum. PHAEDR. 2, 4, 8 nam fodere terram quod vides -e. 3 epil. 10 vita morti propior est -e (CARM. epigr. 186, 11 vita morti propior fit -ae). SEN. dial. 4, 9, 1 maior -e peccandi cupiditas. epist. 58, 23 ne semel fiat, quod -e fit. PS. SEN. mon. 120 -e eventus dies, raro occasio. COLVM. 2, 14, 7 quaedam -e, . . . , quaedam pluviis diebus. CVRT. 3, 8, 6 ipsos -e a se advocari in consilium. SCRIB. LARG. 186. MELA 36 ubi sol non -e ut nobis, sed primum verno aequinoctio exortus autumnali demum occidit. PETRON. 42 non -e labor. *ibid.* cor nostrum -e liquescit. PLIN. nat. 10, 146 aliquae -e, aliquae bis die. 14, 142 cum priorem diem -e perdant. 21, 111 gladiolum . . . Iulio mense toto secari iubet, ad radicem tertioque die in sole siccari, donec candidus fiat, -e autem ante solem occidentem in tectum referri. 23, 23 -e anno toto. 28, 37 lippitudines matutina -e velut inunctione *arceri*. MART. 12 praef. quod difficile est habere -e bonum stomachum. QVINT. inst. 12, 6, 3 -e metus crescit maiusque fit semper quod ausuri sumus. TAC. dial. 35 quidquid in schola -e agitur, in foro vel raro vel nunquam. Agr. 31 nata servituti mancipia semel veneunt, atque ultra a dominis aluntur: Britannia servitutum suam -e emit, -e pascit. hist. 1, 37 quod vobis numquam datur et -e exprobratur. PLIN. epist. 1, 9, 3 haec quo die feceris necessaria, eadem, si -e te fecisse reputes, inania videntur, multo magis cum secesseris. SVET. Vit. 2 ne clam quidem aut raro, sed -e ac palam. FRONTO p. 50, 15—19 N. quom tu -e ultro scripsisti mihi, sed quid dico -e? ergo iam hic mihi *δνοματοποιίας* opus est. nam -e foret, si singulas epistulas per dies singulos scripsisses; quom vero plures epistulae sint quam dies, verbum istud -e minus significat. AVR. Fronto p. 76, 3 N. obsequium scribendi -e in diem posterum protuli. GELL. 15, 1, 1 non eiusdem tamen -e felicitatis. APVL. met. 9, 15 anus quaedam . . . adulterorum internuntia de die -e inseparabilis aderat. PAVL. dig. 8, 6, 7 si alternis horis vel una hora -e servitutum habeat. TERT. anim. 6 quae (*praegnantēs*) non singula -e corpora, sed et bina et terna in unius uteri ambitus perferunt. ITALA prov. 8, 30 (Cypr. testim. 2, 1) -e (*καθ' ἡμέραν*, VVLG. per singulos dies) . . . iucundabar ante faciem eius in omni tempore. COMM. instr. 2, 12, 8. 2, 24, 2 v. *supra* l. 1. VOPISC. Aurelian. 35, 1 ut siligineum suum -e toto aevo suo unusquisque . . . acciperet. LAMPR. Heliog. 21, 3 exhibuit et sumina apruna per dies decem tricena -e. IVST. 3, 1, 2 deficiente -e regis maiestate. ITIN. [Silv.] 24, 1 quae operatio singulis diebus -e in locis sanctis habebatur. 24, 7 -e per dies sex. 25, 12 per totos octo dies -e. 39, 3 ipsis

... octo diebus paschalibus -e. OPTAT. 5, 4 p. 127, 10 haec omnia huius corporis membra et semper et semel secum sunt et mutari non possunt, operari vero -e mutantur. FILASTR. 121, 7 hos (Romanos) orbem terrarum sui sub ditione tenere -e (*i. continuo*) atque ante saepius tenuisse. 129, 10 quae (*sapientia Graecorum*) cum paulatim cognoscitur a suis, sine dubio spernitur, calcatur atque -e condemnatur. CHIRON 594 *al.* (*syn. cottidianis diebus, cottidiano die, omnibus diebus, singulis diebus, singulos dies al. v. Oderi index p. 348 -349*). HIER. epist. 60, 19 -e morimur, -e commutatur, et tamen aeternos nos esse credimus. VVLG. exod. 5, 13 complete opus vestrum -e (*καθ' ἡμέραν*). 36, 3 -e mane vota populus offerebat. num. 28, 3 agnos anniculos immaculatos duos -e (*τὴν ἡμέραν*). II par. 36, 15 de nocte consurgens et -e commonens. Esth. 2, 11 (*καθ' ἐκάστην ἡμέραν*). psalm. 67, 20 benedictus dominus die -e (*ἡμέραν καθ' ἡμέραν*). Ier. 37, 20 daretur ei torta panis -e (*τῆς ἡμέρας*). Luc. 19, 47 erat docens -e (*τὸ καθ' ἡμέραν*) in templo. AVG. civ. 13, 10 -e fit minus minusque quod restat. 21, 22 omnia -e peccata dimitto, sicut ipsa -e frequentatur oratio. SVLP. SEV. chron. 1, 43, 5 siquidem diurnis incrementum tantum accresceret, quantum -e detrahebat. 2, 30, 5 templi eversio et Iudaeorum captivitas... -e mundo testimonio sunt. THEOD. PRISC. eup. faen. 1, 9 similiter -e agitabis diebus VIII. CASS. FEL. 20 p. 32, 9 -e curabis ter in die. 21 p. 35, 6 -e aliquantis diebus imutabis. SIDON. epist. 1, 6, 2 qui -e... ingeritur. NICET. p. 8, 10 quod -e dicat apud semet ipsum. ACT. Petr. 5, 7, 31. CARM. epigr. 231 quod tu factitas -e in manu penem tenes. 708, 3 aliam quidem futuram (*vitam*) -ae optabas bona(m?). 708, 4. *nota adiectivi loco positum*: AVR. Fronto p. 37, 8 N. illa -e tua Lorium ventio. cf. GLOSS. III 296, 36/37 *πυρετός καθημερινός* febris cottidie.

i. q. per totum diem: CHIRON 451 cum iumentum in opere aut in cursu -e (VEG. magna parte diei. *Apsyrtus δι' ὅλης ἡμέρας*. PELAGON. per totum diem) cogetur.

1. **cottidio**, -āre a cottidie. GLOSS. V 186, 3 cottidiantes: assiduantes. 2. **cottidiō** *adv. v. p. 1091, 78.* *Burger.*

? **cottilator**. GLOSS. V 438, 32 aleo *κοττιστής* id est -r. cf. *Landgraf, Archiv 9, 363.* fort. scrib. cottizator.

cottista, -ae m., *κοττιστής*. GLOSS. V 264, 42 aleualea (*i. aleo alea. cf. Landgraf, Archiv 9, 363. Stowasser ibid. 565*) -a et locus ubi tablizant.

cottizator v. l. 35.

cottizo, -āre. GLOSS. V 264, 39 aleatur cotizat graece (*i. κοττιζει*). 349, 56 cotizat teblith (*anglosax.*) [*val. cutezare 'audere'. M.-L.*]

cottona v. cottana.

*1. **cotula**, -ae f., *κοτύλη*. forma cotyla apud recentiores usitata. cotyle v. l. 53. cotil(1)a v. l. 50. cutula trad. PELAGON. 214. ISID. orig. 16, 26, 5 -a emina est habens cyathos sex. quae

idecirco -a vocatur, quia cote (*leg. cope, cf. Metrol. I p. 263, 19. II p. xv*) graeco sermone incisio dicitur et emina sextarii in duo aequa inciditur (*cf. EPIPHAN. de mensur. 20*). 16, 27, 5 'si vero cappa o latinum habuerit adiunctum (*sc. K°*), eminam demonstrat quam Graeci cotilam voverit (*cf. METROL. p. 134, 18*). METEOL. p. 128, 20 LS cotilla id est emina, ciatus XXVII. *cf. p. 128, 21. EVCHER. instr. 2 p. 159, 15* -a hemina est (*v. l. 60*). *cf. CARM. de pond. 67* at -as, quas, si placeat, dixisse licebit eminas, recipit geminas sextarius unus. 73 at cotyle cyathos bis ternos una receptat. EXC. metrol. chron. I p. 550 emina vel -a oxibafia sive acetabula IV. CAEL. AVR. chron. 4, 3, 68 heminas sex, quas -as Graeci appellant. 2, 7, 105 ad modum -ae unius vel duorum, quod est pondus unciarum decem vel viginti. GLOSS. *κόστος. κοτύλη τὸ μέτρον.* mensura: CATO agr. 146 †iri pri primae -as duas. ITALA lev. 14, 10. 12. 15. 21. 24 (Lugd.) -am olei unam (*κοτύλην*, VVLG. sextarium). Ezech. 45, 14 (Wirc. *cf. Eucher. instr. 2 p. 159, 15*) -am unam olei, quia decem -ae sunt gomor (*κοτύλη*, VVLG. batus olei, decima pars cori est; decem bati corum faciunt). PELAGON. 204. 205 *al.* CHIRON 129 sanguinem mittito -am unam de crura. MARCELL. med. 1, 101 *al.* DIOSC. 1, 29 *al.* de vasculo: MART. 8, 71, 8 in -a rasa selibra argenti data est. de coxa (*q. v.*): GLOSS. IV 325, 47 -a coxa.

2. **cōtula**, -ae f. a cos deminutive. ANTHIM. 75 illis -is sublatis (*syn. petrae. i. q. κόχλακες διάπυρος*). [*an cotulus? sard. codulu, prov. codol, ven. cuogolo. M.-L.*]

coturnix, -īcis f. [*orig. inc., sunt qui formam quocturnix pro vetustissima habentes conferant c. theodisc. wahtala quahtela anglosax. wyhtel 'coturnix'; v. Havet, Mém. de la soc. de linguistique VI 234. Th.*]. PAVL. FEST. p. 37 -x appellatur a sono vocis. de forma cocturnix (LVCR. 4, 641 cocturnicibus A) v. DVB. NOM. gramm. V 573, 13 -em antiqui dixerunt, nunc cocturnix (*coturnix codd.*). CAPER gramm. VII 108, 17 -es, non cocturnices. cotornix: VARRO rust. 3, 5, 2 cotornices (A). FRONTO p. 146, 16 N. cotornicum. *gen. plur. ubique -um ex. gr.*: QVINT. inst. 5, 9, 13 FRONTO p. 146, 16 N. SERV. Aen. 3, 73 AMBR. in psalm. 118 serm. 18, 26 hex. 3, 9, 39 HIER. epist. 54, 4 in Ier. 2, 19 p. 849 VVLG. num. 11, 32 SVLP. SEV. chron. 1, 16, 4. 1, 20, 4 PAVL. STEPH. reg. 18. o *producitur*: PLAVT. Asin. 666 Capt. 1003 LVCR. 4, 641. *corripitur*: OV. am. 2, 6, 27 MART. 10, 3, 7 IVV. 12, 97 CYPR. GALL. exod. 616 num. 349 deut. 40. GLOSS. *δερνξ, ὁ δψήρ(?)*. SOL. 11, 20 -es aves... ortygas Graeci vocant (SCHOL. Verg. Veron. Aen. 3, 693 georg. 3, 6 SCHOL. Stat. Ach. 1, 206 p. 496, 22 [*cf. Theb.*

4, 795 *avem ortygiam* nos -em dicimus]. HYG. fab. 53 p. 59, 1 ISID. orig. 12, 7, 64 MYTHOGR. 1, 37). AVG. quaest. hept. 2, 62 illis ortygo-metra data est, id est aves, quas -es multi latine interpretati sunt, cum sit aliud genus avium ortygo-metra, quamvis -bus non usque-quaque dissimile. NOT. Tir. 106, 92^A. 119, 95^A. [*val. potirnic, it. codornice, hisp. codorniz. M.-L.*]

PLAVT. Asin. 666 (*pro blanda voce*) dic me... tuom passerculum, gallinam, -em. Capt. 1003 aut anites aut -es dantur. VARRO rust. 3, 5, 2 pingues veneunt care... -es. 3, 5, 7 LVCR. 4, 641. OV. am. 2, 6, 27 -es inter sua proelia vivunt. PLIN. nat. 1, 10, 33. 10, 65. 10, 69 -bus ellebori semen gratissimus cibus, quam ob causam eas damnare mensae (AMBR. hex. 3, 9, 39 elleborum... escam esse et alimonium -um. EVSTATH. Bas. hex. 5, 4 p. 913^B). PLIN. nat. 10, 101. 134. 197. 11, 194. 268. MART. 10, 3, 7 voce ut loquatur psittacus -is. QVINT. inst. 5, 9, 13 puerum -um oculos eruentem. IVV. 12, 97 -x nulla unquam pro patre cadet. TERT. anim. 32 *si anima* transierit... in -em. EDICT. imp. Diocl. 4, 41. LACT. inst. 4, 10, 10 -es in castra *Hebraeorum* ventus invexit. ITIN. [Silv.] 5, 8 eis pluit manna et -es. SERV. Aen. 3, 73 mare transfretare, quod est -um (MYTHOGR. 1, 37). AMBR. in psalm. 118 serm. 18, 26 non iam -um pluvias mihi opto descendere. HIER. adv. Iovin. 1, 18 populo -es... ingestas. epist. 78 mans. 13. 54, 4 -um carnibus... saturata es. in Ier. 2, 19 p. 849 postquam *praevaricatio* instar -um usque ad nauseam venerit (*cf. PAVL. STEPH. reg. 18 manducantibus... -um carnes usque ad nauseam*). VVLG. exod. 16, 13 (*sensu plurali*) ascendens -x (*δρυνομήτρα*) cooperuit castra (*cf. psalm. 104, 40 petierunt et venit -x. CYPR. GALL. exod. 616 crebra nivis ritu caelo delapsa -x. num. 349. deut. 40 per noctem lapsa -x. ISID. in exod. 23, 1 aspexit populus -em*). VVLG. num. 11, 31 -es detulit et demisit in castra. 11, 32 congregavit -um... decem coros. AVG. in psalm. 104, 31 et -x caro est. SVLP. SEV. chron. 1, 16, 4 grex -um superne missus castra opplevit. 1, 20, 4 POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 21. SALV. gub. 1, 45 -es humanis se manibus ingerentes.

cotyla v. l. cotula.

cotylēdon, -ōnis f., *κοτυληδών*. nomen herbae: cf. PS. APVL. herb. 44 Graeci cotyledon, alii cepon Aphrodites (GLOSS. III 557, 32), alii ges omphalon (GLOSS. III 573, 44 pales *idem esse censet Stadler*), alii stergethron (*cf. PLIN. nat. 25, 160. GLOSS. III 566, 4 integeton*), Itali umbilicum Veneris, alii cimbalarum (GLOSS. III 556, 45 *al.*) appellant. SCRIB. LARG. 55 b radicem -is (*M. κοτυληδόνος R*), quae herba similia folia cymbalis habet nasciturque fere in parietibus humidis. PLIN. nat. 1, 25, 101. 25, 159 -n parvula herba est, in cauliculo tenero, pusillo <folio> pingui, concavo ut coxendices. 25, 164. 26, 32 -n trita cum polenta. 26, 80 depellit calculos et herba et radix -is. 26, 91 -n condylomata et haemorrhoidas mire curat. 26, 106. 119. 121. 126 -n... calefacta et imposita. 28, 241. THEOD. PRISC. log. 111 -n (cotilidon *rBg cod. Cas. 97, cotulidon V*) herba in vino cocta potui datur. DIOSC. 4, 84 de cotilidona (4, 85 de alia cotilidona).

covenio v. convenio.

coventio v. contio.

? **covenum** indigestio GLOSS. V 186, 9 (*contam.?*).

covinnarius, -iī m. a covinnus. *qui covinnum regit*: TAC. Agr. 35 media campi -us (covinnarius B, convinnarius ATaes.) eques... complebat. 36 fugere... -i.

covinnus, -ī m. [*vocabulum gallicum. Th.*]. GLOSS. II 117, 27 -us *κόρριον καθ'εδρωτόν. cf. III 321, 69 (527, 13) κοβίνος* coinus (*κοβίνος* covinus *Boucherie*). IV 42, 36 convinna genus vehiculi (498, 38. V 185, 17. COMMENT. Lucan. 1, 426 quovenna genus vehiculi, cuius usum Galli primum invenerunt. *cf. l. 61*). *essedum Britannorum et Belgarum*: MELA 3, 52 *demicant Britannii* bigis et curribus Gallice armatis: -os vocant, quorum falcatis axibus utuntur. LVCAN. 1, 426 docilis rector monstrati Belga -i (COMMENT. Lucan. *ad l. quovenni*). SIL. 17, 417 incola Thyles agmina falcigero circumvenit arta -o. MART. 12, 24, 1 o iucunda, -e, solitudo, carruca magis essedoque gratum facundi mihi munus Aeliani! SIDON. carm. 23, 351 pectora prona de -o extensi. v. Holder, *Altcelt. Sprachschatz I p. 1152; Mau, PW IV 1679 sq.* deriv.: covinnarius.

(**coūneus**). AVG. ord. 2, 18, 48 ipsa coitio in unum cuneus nominatus est, quasi couneus.

1. **coūnio**, -itum, -īre a co et unire, *cf. coumare. i. q. unire, coniungere*: IREN. 3, 18, 7 nisi homo -itus fuisset (*συννηώθη*) deo. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 53 *ὁμοούσια* ista secundum identitatem -ita alternitate. AVELL. p. 228, 1 *Christum* non -itum habuisse corpus. VIGIL. THAPS. c. Eutyech. 5, 15 *Christus mediator* qui de caelestibus veniens -retur terrenis. c. Arrian. 2, 25 id quod per species nominum partita fuerat, in unam iterum recolligit et -it appellationis virtutem. 2, 41 quos nescio qua coagulatione permixtos et -itos in unum deum redegerat (*opp. separatos*).

2. **coūnio**, -ōnis f. a co et unio. *i. q. unio, coniunctio*: VIGIL. THAPS. c. Eutyech. 4, 18 *Christus* retinens et non amittens proprietatem naturae suae in -e carnis suae. 5, 7 naturae in *Christo* quoniam in illa mirabili -e non sunt in eo abolitae.

coūnitio, -ōnis f. a counire. *i. q. unio, coniunctio*: MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 32 unum non -e, sed simplicitate. 1, 50 indiscernibilis spiritus -o (*ter*). 1, 57 potentificata -e.

1, 11, 24. 20, 29 -um ictibus... medentur (20, 133. 247 efficax ad-
versus aculeata animalia ut -es. 21, 171. 23, 43. 118. 152. 31, 99.
PLAC. med. 17, 2 si quis... a -e punctus fuerit... remediatur. 28, 32
a scorpione aliquando percussi numquam postea a -bus... feriuntur.
29, 86. 92 noctua apibus contraria et vespis -busque. AVIEN. Arat.
1790 -um rauca agmina si volitare... conspexeris... dices instare
procellas. VVLG. exod. 23, 28 emittens -es (τὰς σφηκίας) prius, qui
fugabunt Hevaeum. deut. 7, 20 -es mittet dominus tuus in eos, donec
deleat omnes. Ios. 24, 12. PALLAD. hist. mon. I 6 culices -bus similes.
CANON. Migne 56 p. 676^A qui amant... vituperare et velut -es agrestes
circumstrepere. NOT. Tir. 109, 11. Wulff.

cracatius, -ī m. nomen piscis: ANTHIM. 46 de pisce -o caro
fortior est (traditur etiam cacratio creatio. nomen gallicum créac
i. q. sturio affert Rose). [cf. lat. med. cragocus, francog. mer. créac
'Stöhr' v. Schuchardt, Zeitschr. f. roman. Philol. XXXI 653. M.-L.]

cracca, -ae f. [orig. inc. Th.]. PLIN. nat. 18, 142 omnia haec
pabularia degeneransque ex leguminibus quae vocatur -a, in tantum
columbis grata, ut pastas eā negent fugitivas illius loci fieri.

cracēns, -ntis [fort. cf. c. křsyati 'macrescit', lituan. karszti 'con-
sensescere' et c. gracilis. Th.]. PAVL. FEST. p. 53 -es graciles. Ennius
(ann. 505): succincti gladiis mediū regione -es. cf. GLOSS. -es gra-
ciles, tabidos. graciles (gragentes).

cracero, -āre. vox corvi. GLOSS. -at cracat.

cracli v. clatri. **craco**, -āre v. cracerare. **crāma** v. cramum.

crambē, -ēs f., κράμβη. GLOSS. coliculus. cf. V 448, 42 (= 566, 36)
cumbre holeris genus. PLIN. nat. 20, 79 tertia brassica est pro-
prie appellata c[ra]mbe, tenuioribus foliis et simplicibus densissi-
misque, amarior, sed efficacissima. ORIBAS. eup. 2 C 23 crambi i. e.
brassica. cf. Ps. APVL. herb. 127. in proverbio de declamatione:
Ivv. 7, 154 occidit miseros -e repetita magistros.

crambion n. DIOSC. 4, 160 pytias (i. πύουσα) aut clema aut
crabron (DIOSC. 4, 165 W. κραιβίον)... dixerunt.

crānum, -ī n. [orig. inc., cf. francog. craime, crème. Th.]
i. q. pinguedo lactis: VEN. FORT. carm. 11, 14, 2 aspexi digitos per lactea
munera fixos, et stat picta manus hic ubi -a rapis. cf. GLOSS. pinguido
vel -a liquor ex quo buterum conficitur.

crancus v. cancer.

cranea, -ae f. κρανία, cornus: DIOSC. 1, 131 -a semen habet
olivae similem.

? **craniocolla** n. pl. DIOSC. 1, 144 ibi (in arbore persaia) in-
veniuntur phalangia qui dicuntur -a (DIOSC. 1, 129 W. τὰ λεγόμενα
κρανοκόλαπτα).

* **crāpula**, -ae f. [a gr. κραιπάλη tractum. Th.]. ISID. orig. 20,
2, 9 -a quasi cruda epula. GLOSS. κραιπάλη. aplesia (cf. VVLG.
Sirach 37, 34 propter -am: δι' ἀπλησίαν). cruditas l(i)enis. vini cibi-
que indigestio vel cruditas. NOT. Tir. 96, 59. legitur inde a PLAVTO.

1 status eius qui nimio vino se complevit, subinde i. q. nausea:
GLOSS. nausea post potum. nausea vel comesatio. ebrietas, molestia capi-
tis et corporis post ebrietatem. ingluvies vel vomitum. a proprie:
PLAVT. Most. 1122 somno sepelivi omnem atque edormivi -am (Rud. 586
ut edormiscam hanc -am. CIC. Phil. 2, 30 edormi -am. AMBR. in psalm.
48, 23 -am mundi istius edormire). PLAVT. Pseud. 1282 -am dum
amoverem. CIC. Verr. 4, 28 qui nondum... convivii -am exhalassent
(Phil. 2, 30 SEN. epist. 95, 25. in imag. AMBR. fid. 1, 20, 135 vinum
quod... -am fidei et verae religionis exhalat, -am castitatis infudit).
Liv. 9, 30, 9 plenos -ae eos lux oppressit (33, 48, 8. RVT. LVP. 2, 7
plenus -a est experrectus). 40, 14, 3 miseria haec et metus -am fa-
cile excusserunt (VAL. MAX. 6, 2 ext. 1). VAL. MAX. 5, 1 ext. 3 tam
urbana -ae excusatio. SEN. dial. 10, 14, 4 hesterna -a semisomnes et
graves (epist. 122, 2 CVET. 9, 10, 27). SCRIB. LARG. 12 herba nervalis
ebrio data copiosa in -a vinum discutit. PLIN. nat. 20, 84 sumpta
brassica -am discuti (21, 130. 142. 26, 112 APVL. met. 8, 13). 20, 136
ruta bibitur ad -ae gravedines. 21, 138 qui crocum prius biberint,
-am non sentient. 22, 22 -am praesumpta erynge arcet. 24, 78 acini
hederae... praesumpti potu a -a tutos praestant. FLOR. epit. 2, 10, 3
cum rex -a et capitis errore lapsaret. APVL. apol. 59 ex -a helluo
attemptatur. met. 1, 18 cibo et -a distentos saeva et gravia somniare
(2, 31). 3, 18 -ā madens (7, 12 sauciis illis et -a vinolentiaque ma-
didis. cf. Ps. RVFIN. in Am. 6, 3—6 ebrietate -aque... madetis). 9, 41
miles velut emersus gravi -a. TERT. apol. 17 cum anima respiscit
ut ex -a. SYMM. orat. 2, 10 desudata in diem -a. FVLG. Virg. cont.
p. 86, 17 quae urnula tibi -ae plenitudine nauseam movere non pos-
sit. HIER. epist. 69, 2 oscitabat... et quasi per mentis -am ructans
et nauseans evomebat (adv. Iovin. 1, 1 hesternam -am ructans). 109, 1
ut... Dormitianus somniaret, immo eructaret immundissimam -am
(NICET. psalm. 9 p. 66, 9 cruditates eructantes et -am). RVFIN. Cle-
ment. 4, 30 daemones -is tanquam vehiculis illati. Ps. AVG. serm.
144, 3 voracitatem et -am vini devitate (CASSIAN. inst. 5, 6 non vini
-a, sed saturitas... panis). HIPPOCR. aer. 3 -a eos maxime vexat.
MARCELL. med. 22, 11 quod remedium... ad -am deponendam facit.
27, 7 -am... non patitur vino nigro potum subsistere. PHYSIOGN. 105
eum (crapula) vel somno (ἐξ ὕπνου καὶ κραιπάλης) pressum esse.
OROS. apol. 16, 9 (in imag.) post multam -am novissime expergefactus.
MART. CAP. 8, 804 umentis -ae exudatione conspecta. SALV. eccl.

4, 33 -a est illorum frugalitas mea. nota: VVLG. Zach. 12, 2 ponam
Ierusalem superliminare -ae (ὡς πρόθυρα σκελεόμενα) omnibus po-
pulis in circuitu. b metonymice res crapulam efficiens. i. q.
resina vino addita (cf. PLIN. nat. 23, 46 resinatum vinum capitis
dolorem et vertigines facit. ab hoc dicta -a est): PLIN. nat. 14, 124
crudo flore resinae excitari lenitatem vini, e diverso -a compesci
feritatem nimiam... aut... virus addi. 14, 125 pugnacibus mustis -a
plus inditur, lenibus parcius. 16, 54 alia temperies resinae ad -am est.

2 status eius, qui nimium cibariis se complevit, immoderata
voracitas (ISID. orig. 20, 2, 9), edacitas, voracitas, nimietas, saturitas
(cf. CASSIAN. inst. 5, 6 non sola -a vini mentem inebriare consuevit:
cunctarum escarum nimietas vacillantem eam ac nutabundam reddit),
indigeries (BENED. reg. 39), satietas (cf. ISID. sent. 2, 43, 1 esca -am,
potus ebrietatem generat): ITALIA Luc. 21, 34 (Tert. adv. Marc. 4, 39
p. 558) ne quando graventur corda vestra -a (ἐν κραιπάλη, VVLG. in -a
cf. infra l. 58) et ebrietate (AVG. serm. 361, 22, 21. CASSIAN. inst. 6, 7, 1
ebrietate omnique -a... abstinere. SALON. in eccles. p. 1008^C. MYTIAN.
Chrysost. hom. 20, 2 per -am, per ebrietatem. EXPOS. fid. Caspari
anecd. p. 288, 11. MART. BRAC. iact. 1 comessationibus, -ae, ebrie-
tati deservit). SER. SAMM. 318 male digestis si -a saeviet escis. PRVD.
cath. 4, 28 ne -a ferveat cavendum est, quae sedem fidei cibis refer-
tam usque ad congeriem coartet intus. AVG. conf. 10, 31, 45 ebrietas
longe est a me... -a autem nonnunquam subrepsit servo tuo.
c. Iul. 4, 14, 70. 73 nec vinum ebrietas nec cibum condemnet -a. c. Iul.
op. imperf. 2, 134. serm. ed. Denis 13, 8 p. 860 cum non manducat
assumit ieiunium, ut mortem, quam factura erat -a, repellat a se
(saepius). serm. ed. Mai 2, 1 (in imag.) stabat ante dominum sitis ebria,
esuriens -a pharisaeici hydropis. CASSIAN. conl. 20, 17, 1 illicentium
ciborum -am... castiget. PETR. CHRYS. serm. 12 p. 224^A diabolus cibum
nostrum deducit in -am, potum nostrum in ebrietatem diffundit.
SIDON. epist. 4, 7, 2 apud crudos caeparumque -is esculentos (cf. Engel-
brecht. Wiener Stud. 20 (1898) 305). carm. 5, 339 quem -a vexat.
BENED. reg. 39 (ter). EVG. TOLET. carm. 7 tit. contra -am. in ima-
gine: VICTRIC. 6 incedunt nitidae flagrantis -am castitatis. CASSIAN.
conl. 9, 5, 2 est alia quoque -a non minus noxia et ebrietas spiritalis
difficilius evitanda. 14, 17, 3 eos... salutaris verbi -a refovete (CASSIOD.
in psalm. 118, 171 cum intus dominus sensum inopem saginaverit,
provenit ut hymnus eius salutari -a proferatur). CAES. AREL. suggest.
p. 304 non est iustum, ut ancilla multis deliciis interdum usque ad
-am satietur.

syn.: ad 1: ebrietas (PLIN. nat. 20, 84. 21, 138 al.), gravedo capi-
tis (PLIN. nat. 21, 130), error capitis (FLOR. epit. 2, 10, 3), vinolentia
(APVL. met. 7, 12), temulentia (RVFIN. Clement. 4, 30 Ps. RVFIN. in
Os. 4, 9/10 p. 986^A). ad 2: edacitas, voracitas, nimietas, saturitas
(GLOSS. IV 207, 11), indigeries (BENED. reg. 39). opp.: abstinencia
(AVG. serm. ed. Denis 13, 8 p. 861 PETR. CHRYS. serm. 13 p. 226^B), con-
tinentia (RVFIN. Clement. 4, 30. CASSIAN. conl. 9, 5, 2 epularum cunc-
tarum continentia), frugalitas (SALV. eccl. 4, 33), sobrietas (AMBR.
in psalm. 48, 23 RVFIN. Clement. 4, 30).

deriv.: crapulanus, crapularius, crapulentus, crapulosus, crapulari.
crāpulānus, -a, -um a crapula. i. q. crapulam depellens: PLIN.
nat. 14, 120 lenitatem vini excitat Italiae pars aliqua crapulana pice.
crāpulārius, -a, -um a crapula. i. q. ad crapulam pertinens:
PLAVT. Stich. 226 vel unctioes (veliuunctiones A) Graecas sudatorias
vendo vel alias malacas, -as.

crāpulātio, -ōnis f. a crapulari. i. q. crapula: ITALIA Luc.
21, 34 (cod. a) ne quando graventur corda vestra -e (gratulatione
trad., ἐν κραιπάλη, VVLG. in crapula cf. supra l. 16) et ebrietatibus.
PETR. CHRYS. serm. 13 p. 227^B -i deditis... et ebriis. CASSIOD. anim.
11 p. 1301^B dum nulla -e distenditur, in odores non exudat acerrimos.

crāpulentus, -a, -um a crapula. i. q. crapula gravatus, ebrius:
AMM. 29, 5, 54 vino... consulto distentis et crapulentis.

crāpolor, -ātus, -ārī a crapula, κραιπαλῶν. i. q. crapula gravari,
inebriari: ITALIA Is. 29, 9 (Wirc. Aug. spec. 133 p. 681, 3. 14) -amini
(κραιπαλήσατε, VVLG. inebriamini) non a sicera neque a vino. CASSIAN.
inst. 8, 3 -atur vino. plerumque part. perf. crapulatus: GLOSS. ebrius,
vino-obrutus. subito inebriatus. SCHOL. Hor. Gloss. Γ sat. 2, 2, 43 aegrum
-um. AMBR. fid. 1, 20, 136 vino tuo -us (Hel. 15, 53 CONC. Matic. 6
[a. 585]). epist. 55, 2 -us a vino (VVLG. psalm. 77, 65 potens -us
[κραιπαλήσας] a vino. GREG. TVR. Franc. 2, 7). HEGES. 4, 29, 2 Vi-
tellius quasi -us et somno demersus. RVFIN. Orig. in lev. 16, 2 ne -o
et ebrio verbum dei ingerant. in Os. 7, 13—16 a -is fusa supplicatio.
Ps. ORIG. tract. 13 p. 142, 9 animus insaniam -us. SALV. gub. 7, 70 quasi
in morem -arum turbarum catervatim in se ruentes. GREG. TVR.
Franc. 7, 22 cum iam -us aspiceretur. in imagine: FVLG. RVSP. c.
Fastid. 1 sermonem veneno impietatis -us evomat. praedest. 2, 13, 21
qui dudum iniustitiae crudelitatem indigesta -us perversitate ructa-
vit. Ps. FVLG. RVSP. serm. 75 p. 946^C Absalon fraterna caede -us et
cognato sanguine ebriatus.

crāpulōsus, -a, -um a crapula. i. q. crapulae deditus, crapu-
lam efficiens: FIRM. math. 8, 20 gulae -is libidinibus servientes.
MAX. TAVR. hom. 90 p. 459^A abiectis -is epulis. Hoppe.

* **crās** adv. [i. q. falisc. cra 'cras'. rectene conferatur a quibus-
dam c. ind. svah 'cras', med. sūrēm 'mane', valde dubium est. v. Na-

crataegis, acc. -in f. [cf. crataegonos. Th.]. *nomen herbae*: PLIN. nat. 26, 99 in totum quidem Graeci, cum concitationem hanc (sc. veneris) volunt significare satyrion appellant, sic et -in cognominantes et thelygonon eqs.

crataegōn v. crataegos.

crataegonon, -ī n. et *crataegonos f.* (l. 4) *nomen herbae, κραταιόγονον*. PLIN. nat. 1, 27, 40 -on, genera II, medicinae VIII. 27, 62 -on spicae tritici simile est eqs. 27, 63 et alia est -os, quae thelygonos vocetur... sunt qui florem -i bibentes mulierum intra XL diem concipere tradant eqs. DIOSC. 3, 134 de crataegonon. cf. DIOSC. 1, 124 W.

crataegos, acc. -on, et *crataegōn*, acc. -ona f. *nomen arboris, κραταιός, κραταιόν*: PLIN. nat. 27, 63 Theophrastus arboris genus intellegi voluit -on (crataegonon codd.) sive -ona (sc. pro crataegono) quam Itali aquifolium vocant.

crataegum, -ī n. *granum ilicis*: PLIN. nat. 1, 16, 52. 16, 120 plurima vero gignunt ilices (*Mayh. ex Theophr.*, buxeis vel buxiis codd.), nam et semen suum et granum, quod -um vocant, et a septentrione viscum... habent. L.

cratella v. clitella.

crātēr, -is m. vel *crātēra*, -ae f. vel *crētēra*, -ae f. *κρατήρ, ἰον. κρατήρ. de formis*: grat- ITALA exod. 24, 6 (Ottob.). 25, 31. 33. 34 (Lugd.). prov. 2, 2 (Cypr. testim. 2, 2 codd. M¹ L¹).

SERV. Aen. 1, 724 -as: graecum est ab eo quod est hic -r; nam latine haec -a dicitur. PRISC. gramm. II 156, 5 in multis... videmus commutatione terminationis genera quoque esse conversa, ut ὁ κρατήρ haec -a. 217, 1 nec non et ab accusativo *graeco factum latinum nominativum*: panthera, creterra. III 505, 34 graece enim masculinum est et latine femininum... quomodo ὁ κρατήρ haec -a. ISID. orig. 20, 5, 3 -a calix est duas habens ansas et est graecum nomen: declinatur autem apud eos hic -r: nam latine haec -a dicitur. unde Persius (2, 52) et Vergilius (Aen. 1, 724). fiebant autem primum a conexibus virgularum, unde et dictae -ae ἀπὸ τοῦ κρατεῖν, id est quod se invicem teneant. GLOSS. V 186, 14 -es duos: vasa vinaria, sed masculinum est. *legitur inde a NAEV. et ENN. deest ex.*

gr. apud PLAVT. TER. LVCIL. CATONEM RHET. HER. CATVLL. PVBLIL. TIB. GRAT. MANIL. SEN. rhet. GERM. VELL. PHAEDR. SEN. phil. LVCAN. PETRON. al. crater frequentatur apud poetas; cratera in sermone pedestri, apud poetas non legitur nisi: NAEV. trag. 42 carm. fig. 7 ENN. ann. 624 l. 72 CIC. Arat. v. p. 1109, 82 HOR. sat. 2, 4, 80 carm. 3, 18, 7 PERS. 2, 52. *acc. sing. crātērem*: PLIN. nat. 33, 51 ITALA exod. 24, 6 (Ottob.) prov. 9, 3 (Cypr. testim. 2, 2) PAVL. dig. 33, 10, 3, 5 PORPH. Hor. ars 463 HIER. in Is. 51, 17—19 p. 596 RVRIC. Orig. in cant. 3 p. 160^B. *acc. graec. sing. crātēra*: VARRO frg. Serv. Aen. 10, 145 (*κρατήρα F. Schoell*). CIC. Att. 2, 8, 2 VERG. georg. 2, 528 Aen. 3, 525. 5, 536. 9, 264. 344 OV. met. 5, 82. 8, 679. 13, 681 fast. 2, 251 VITR. 9, 5, 1. 2 PLIN. nat. 35, 156 VAL. FL. 1, 337. 4, 343. 5, 615. 694. SIL. 7, 190 STAT. Theb. 2, 76. 564. 6, 531 IUV. 12, 44 ITALA prov. 9, 2 (Cypr. epist. 63, 5) NEMES. ecl. 3, 65 IVL. VAL. 3, 52 CHALC. comm. 140 AVIEN. Arat. 899. 1123 HYG. astr. 2, 40 p. 76, 14. 3, 39 p. 97 SCHOL. Germ. Bas. p. 101, 5 PRVD. ditt. 26 CLAVD. rapt. Pros. 2, 344 AVG. civ. 17, 20 MART. CAP. 1, 82. cratera: CORP. XIII 7640. *acc. graec. plur. crātērās*: ENN. ann. 511 VERG. ecl. 5, 68 Aen. 1, 724. 7, 148. 9, 163. 356. 12, 285 STAT. Theb. 5, 255. 10, 313 AVSON. 352, 12 MACR. sat. 5, 19, 19. 20 AVELL. p. 746, 24. creterra: PAVL. FEST. 53 M. creterrae vocabulum trahitur a cratere, quod vas est vini. NON. p. 547 creterra est quam nunc situlam vocant. PRISC. gramm. II 217, 1 v. l. 23. GLOSS. IV 33, 11 creterrae: crateres. *legitur*: NAEV. trag. 42 VARRO frg. Non. p. 547, 23 CIC. epist. 7, 1, 2 HOR. carm. 3, 18, 7 (FL PORPH., craterae ABER). sat. 2, 4, 80 (VFvg, craterae a DE). PERS. 2, 52 (α PRISC. gramm. II 219, 1). APVL. apol. 31 flor. 20 p. 96. 97 bis. ARNOB. nat. 2. 19 (Vrsinus, cetera codd.). PARIS 1, 1 ext. 4 (cod. Vat.). CYPR. GALL. exod. 1045 SIDON. epist. 2, 9, 8. creterra: VARRO frg. Non. p. 544, 7. CIC. Arat. v. p. 1109, 82. PARIS 1, 1 ext. 4 (cod. α).

de significatione (cf. supra l. 30): NON. p. 545, 25 -es: vasa vini. 545, 27 vasa olearia. GLOSS. *κάνθαρος, κρατήρ, ποτηροπλότης*. patena. vel obba est calix habens ansas. vas id est qui unum cadum capit, urnas tres. *πατάλαι (πατάλαι coni. Goetz)*, calices vinarii; vasa vinaria; fialas, scyphos, cantharos maiores; buttes vel vasa vinaria; vas vinaria quod et galleta, anappum, scalam. cf. Marquardt-Mau, Privatleben p. 333. 651; E. Pottier, Daremberg-Saglio II p. 1152—1156.

1 *proprie*: vas quoddam magnum, praecipue vinarium: NAEV. carm. frg. 7 ferunt pulchras -as (unus cod. Plotii, crettras ceteri et Mar. Victorin; pateras codd. Caes. Bass.), aureas lepistas. ENN. ann. 511 vertunt -as aenos (= VERG. Aen. 9, 163). 624 olli -is (Canchius, crateribus trad.) ex auratis hauserunt. VARRO frg. Non. p. 547, 23 ad Sybaritanam praedam, in qua sunt tripodes, cretterrae, anancaea, opera nobilium toreutarum. CIC. Verr. 5, 131 quod... -as ex aere pulcherrimas... abstulit. epist. 7, 1, 2 -arum tria milia. VERG. georg. 2, 457 magno Hylaeum Lapithis -o minantem. 2, 518 ignis ubi in medio et socii -a coronant. Aen. 1, 724 -as magnos statuunt et vina coronant (7, 148 AVSON. 352, 12). 2, 765 huc... mensae... deorum -esque auro solidi captivaque vestis congeritur. 3, 525 tum pater Anchises magnum -a corona induit. 5, 536 -a impressum signis. 9, 264 -a antiquum. 9, 344 sed magnum metuens se post -a tegebat. 9, 356 armaque -asque simul pulchrosque tapetas. 12, 285 -asque focosque ferunt. HOR. carm. 3, 18, 7 nec desunt Veneris sodalis vina -ae (cf. PORPH. et SCHOL. Hor. ad h. l.). sat. 2, 4, 80 sive gravis veteri -ae limus ad-

haesit. PROP. 3, 17, 37 ante fores templi -r antistitis auro libatum fundens in tua sacra merum. Ov. met. 5, 82 ingentem manibus tollit -a duabus. 8, 669 post haec caelatus eodem sistitur argento -r fabricataque fago pocula. 8, 679 totiens haustum -a repleti sponte sua per seque vident succrescere vina. 12, 236 signis extantibus asper antiquus -r (13, 701 hactenus antiquo signis fulgentius aere, summus inaurato -r erat asper acantho). 13, 681 dat munus...-a Aeneae. fast. 2, 251 corvus inauratum pedibus -a recurvis tollit. 3, 537 ducunt posito duras -e choreas. 4, 779 tum licet apposita, veluti -e, camella lac niveum potes. 5, 522 terra rubens -r, pocula fagus erant. LIV. 5, 25, 10 -am auream fieri placuit (5, 28, 2 VAL. MAX. 1, 1 ext. 4 CVRT. 9, 10, 26 IVL. VAL. 2, 29. VVLG. I Esdr. 8, 27 -es [LXX $\chi\alpha\phi\omega\varphi\eta$ ex hebr.] aureos viginti). CVRT. 4, 8, 16 Herculi Tyrio ex auro -am cum XXX pateris dicavit. 9, 10, 25 -as vino repletas et alia eximiae magnitudinis vasa. PERS. 2, 52 si tibi -as argenti incusaque pingui auro dona feram. PLIN. nat. 33, 51 -em Semiramidis. 35, 156 Octavio equiti Romano -a facere volenti. 36, 62 lances -asque. 36, 29 quartus *Satyrus* -e alterius sitim sedat. VAL. FL. 1, 142 -es mensaeque volant araeque deorum. 1, 337 cum signiferum -a minantem non levior Pholum manus haec compescuit auro. 4, 343 victori geminans -a parenti. 5, 571 iuxta Aesoniden magno -e lacessit. 5, 615 occiduo libat -a parenti. 5, 694 fertque gravem Phrygius circum -a minister. SIL. 7, 190 quercu in -a cavata. STAT. Ach. 1, 114 consanguineos fracti -es in hostes. Theb. 2, 76 sarta inter vacuosque mero -as. 2, 564. 5, 255 -as pronos epulasque in caede natantes. 6, 531 huic pretium palmae gemini -a ferebant Herculeum iuvenes. 6, 537 saxa, faces alique iterum -es. 10, 313 Bacchus in altos -as paterasque redit. MART. 8, 6, 7 hoc -e ferox commisit proelia Rhoetus cum Lapithis. IVV. 2, 87 Bonam tenerae placant abdomine porcae et magno -e Deam. 12, 44 urnae -a capacem. PAVL. dig. 33, 10, 3, 5 -em argenteum non esse in supellectili. APVL. apol. 31 nec Helena -am medicavit. flor. 20 p. 96 prima...-a ad sitim pertinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad insaniam. p. 97 Musarum -a versa vice quanto crebrior quantoque meracior, tanto propior animi sanitatem. *ibid.* ego et alias -as Athenis bibi. ITALA exod. 25, 31 (Lugd.) scaphus et calamisci et -es ($\kappa\alpha\tau\eta\eta\sigma\epsilon\varsigma$, VVLG. scyphos) et licnuchi et lilia ex ipso erint. 25, 33 tres -es deformati in modum nuclioli. 25, 34 in -es deformati (ISID. in exod. 56, 11 sunt ibi et -es id est distributiones donorum). NEMES. ecl. 3, 65 lynxi praebet -a bibenti. IVL. VAL. 3, 17 multis -bus. 3, 52 -a argenteum. ARNOB. nat. 2, 19 quia sibi craticulos, trulleos -asque (*Vrsinus*, ceteraque *codd.*) fecerunt. AMBR. Hel. 13, 48 tunc de integro potum instaurant suum... tunc deferuntur fialae, tunc maximi -es quasi instrumenta bellorum. HEGES. 5, 48 vasa sacerdotalium ministeriorum... -as phialas et omnia vasa aurea. HIER. epist. 64, 9 -as, scyphos, turibula. 123, 9 est -r ad bibendum. in Is. 51, 17—19 p. 596 $\kappa\acute{o}\nu\delta\upsilon$... quem Symmachus -em interpretatus est. VVLG. exod. 24, 6 dimidium partem sanguinis et misit in -as ($\kappa\alpha\tau\eta\eta\sigma\epsilon\varsigma$). num. 4, 7 ponent... -as ad liba fundenda ($\sigma\pi\omicron\nu\delta\epsilon\iota\alpha$). cant. 7, 2 umbilicus tuus -r tornatilis. Is. 22, 24 omne vas parvulum a vasis -arum usque ad omne vas musicorum. CYPR. exod. 1045 -ae instillans aliam partem sanguinis iuvenorum. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 160^B -em mistum sacramentis. CLAVD. 10, 197 mediis spirent -es in armis. 26, 611 miserisque graves -as ab Argis raptaque flagranti spirantia signa Corintho... obicit hostis. rapt. Pros. 2, 344 Eumenides -a parant et vina feroci crine bibunt. MACR. sat. 7, 1, 16 ut -r liquoris ad laetitiam nati adhibeatur non modo Nympharum, sed Musarum quoque admixtione temperies. MART. CAP. 1, 82 alter (*Bacchus*)... laeva gestans -a somnificum ac pronus in petulantiam referebatur. AVELL. p. 746, 24 *topazium* implet... -as plurimos. SIDON. epist. 2, 9, 8 quorum cerebris hospitales -ae nimium immersae dominabantur. ISID. in exod. 56, 9 candelabrum, altare, columnae, bases tabulae, -es, scyphi, turibula. CORP. III 1904 Nigrinus Herc(uli) Aug(usto) crater(am) f(ecit). VI 327 -am argyrocyntham cum basi sua et hypobasi... dederunt. 414 -am cum columella. 532 -am cum basi bicapite. 589 aediculam cum ara et -a. VI 30849 (?crater)ram miscit. X 3927 -r arg(enteus). 7640 -a cum ara. *vas olearium*: VERG. ecl. 5, 68 -asque duo statuam tibi pinguis olivi. Aen. 6, 225 congesta cremantur aurea dona, dapes, fuso -es olivo. MART. 12, 32, 12 cum lucerna corneoque -e matella curto rupta latere meiebat. *vas aquarium*: NAEV. trag. 42 -is sumere aquam ex fonte. *i. q. labrum*: PLIN. epist. 5, 6, 23 fonticulus in hoc, in fonte -r. **2 in imagine:** *a sensu philosopho*: ITALA prov. 9, 1—3 (Cypr. testim. 2, 2) sapientia... miscuit in -e (in -e *om.* VVLG.) vinum suum... et misit servos suos convocans cum excelsa praedicatione ad -em (RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 1, 2 vineam iustitiae cuius fructus laetificat cor hominis cum in sapientiae -e miscet. in cant. p. 154^P. 155^B). ARNOB. nat. 2, 25 *anima*... affluens ex -bus vivis. 2, 52 Platónico ex illo -e quem conficit miscetque Timaeus (*cf. Plat. Tim. p. 41^D*). CHALC. comm. 140 rursus... -a proponit deus et mixturam concretionemque earum potentiam, ex quibus mundi anima concreverat. *b sidus*: CIC. Arat. 219 in medioque sinu fulgens cretera (*H¹*, Non. p. 547, *crat- H²D*) relucet. 292 hydra tenet flexu -am. 387 creteraque (*H¹*, *crat- H²D*) tenus lucet mortalibus hydra

(*cf.* GERM. 620). VITR. 9, 5, 1 medioque corpore sustinens -a. 9, 5, 2 iuxta -a et leonem navis est. COLVM. 11, 2, 20 XVI kal. Martii vespere -r oritur. 11, 2, 65 -r matutino tempore apparet. AVLEN. Arat. 899 spirarum medio gestat -a coruscum. 1005 spira anguis levis hic -rque tenacia corvi ora inhiant. 1123. SERV. georg. 1, 205 tres sunt angues in caelo: unus qui in septentrione est, alter ophiuchi, tertius australis, in quo sunt -r et corvus. SCHOL. Germ. p. 100, 19. 101, 5. 14 HYG. astr. 2, 40 p. 76, 9. 14. 17. 77, 1. 3, 39 p. 97. 98, 6. 102, 15. 110, 27. MACR. somn. 1, 12, 8 -r Liberi patris, ille sidereus in regione. 10 MART. CAP. 8, 838 aquam, quae ex -e aquarii fluit, melius in partem signi credimus. *ibid. iterum.* *e terrae fauces, praecipue montium ardentium caminus*: LVCR. 6, 701 in summo sunt vertice enim -es, ut ipsi nominant; nos quod fauces perhibemus et ora. Ov. met. 5, 424 pronos currus medio -e recepit. PLIN. nat. 2, 237 iuxta gelidum fontem semper ardens Nymphaei -r. 3, 88 -r eius (*Aetnae montis*) patet ambitu stadia XX. APVL. mund. 34 ex Aetnae verticibus quondam effusis -bus (AVG. civ. 4, 2). PORPH. Hor. ars 463 qui se in -em praecipitem dedit Aetnae. SOL. 5, 9 in Aetnae vertice hiatus duo sunt -es nominati. MACR. sat. 5, 19, 19 lacus... quos incolae -as vocant. 5, 19, 20 ab omni contagione mundi ad -as accedunt. 5, 19, 21 ut -es... implacabiles... vocarentur. MART. CAP. 6, 647 cuius -r stadiis viginti patens favilla Taurominium Catinamque respexit. *d libri inscriptio*: SERV. Aen. 6, 667 *Musaeus* ad ipsum (*Orpheum*) primum carmen scripsit quod appellatur -r. *e de sinu Bavianano*: CIC. Att. 2, 8, 2 quoniam putas praetermittendum nobis esse -a illum delicatum. *f de campo Capuano*: VARRO frg. Serv. Aen. 10, 145 Varro dicit propter caeli temperiem et caespitis fecunditatem campum eundem Capuanum -a ($\kappa\alpha\mu\pi\tau\eta\eta\sigma\alpha$ F. Schoell) dictum quasi sinum (signum F) salutis et fructuum. **crateritis**, -idis *f. [vocabulary graecum, cf. $\kappa\alpha\tau\epsilon\tau\epsilon\sigma\acute{o}\varsigma$. Th.]*. *cf. Blümner, Technologie III 236, 5.* *gemma*: PLIN. nat. 1, 37, 56 corallis, -is, crocallis. 37, 154 -is inter chrysolithum et electrum colorem habet. DAMIG. lapid. 34 lapis galactites craterites dicitur, quoniam tenax est. nam fortitudine et potentia in iudiciis et causis litigatores vincere facit. **craticulus**, -a, -um [*a cratis. Th.*]. *cf. Blümner, Technologie II 313. III 151.* [*it. graticcio. M.-L.*] *i. q. e cratibus factus*: VITR. 2, 8, 20 *parietis* -i vero velim quidem ne inventi essent. *ibid.* compendio -orum esse in periculo. 7, 3, 11 sin autem in -is tectoria erunt facienda. FEST. p. 301 super quam (*materiam*) paries -us extruitur. VLP. dig. 17, 2, 52, 13 ut ibi -um parietem inter se aedificarent. PALLAD. 1, 19, 2 si terrae pauperes minora promittunt vel -is podiis erunt discernenda granaria. OROS. hist. 5, 12, 8 rescisso -o pariete confossi sunt. **craticula**, -ae *f. [a cratis deminutive. Th.]*. *v. carticula III p. 500, 60. grat-: ARNOB. l. 55. ITALA exod. 30, 3 (Lugd.)*. GLOSS. $\sigma\chi\acute{\alpha}\rho\alpha$, $\acute{\epsilon}\sigma\chi\acute{\alpha}\rho\alpha$, focus (*cf. Landgraf, Archiv 9, 379*). -is: ferreis factis; *anglosax.* herst. *cf. Mau, PW. IV p. 1682; Saglio ap. Daremberg-Saglio II p. 1556.* [*francog. grille, sard. cadrija. M.-L.*] CATO agr. 13, 1 lucernas x, corium i, -as duas (*PAR*, corium unum lucernas -as duas *v. inde quidam adiectivum craticulus fuisse effecerunt*). PETRON. 31 fuerunt et tomacula super -am argenteam ferventia posita, et infra -am Syriaca pruna cum granis Punici mali. 70 in -a... argentea. MART. 14, 221 -a cum veribus. rara tibi curva -a sudet ofella. ARNOB. nat. 4, 19 -as (*grat- cod.*) trulleos creterrasque. AMBR. serm. 48, 10 Laurentium -a consumptum recolis. HYMN. Ambros. 72, 27 ensis et -ae coronam dedit passio. VVLG. exod. 27, 4 -amque ($\acute{\epsilon}\sigma\chi\acute{\alpha}\rho\alpha\nu$) in modum retis aeneam. 27, 5 eritque -a usque ad altaris medium. 30, 3 vestiesque... auro purissimo -am eius (*altaris*). 35, 16 -am eius aeneam cum vectibus. 37, 26 vestivitque... cum -a ac parietibus. 38, 4 -amque eius in modum retis fecit. 38, 30 altare aeneum cum -a. lev. 2, 7 sin autem de -a fuerit sacrificium. 7, 9 quidquid in -a vel in sartagine praeparatur. RVFIN. hist. 5, 1, 55 -is exusta *mulier*. 8, 6, 3 -a ($\acute{\epsilon}\sigma\chi\acute{\alpha}\rho\alpha$) prunis substrata poni iubetur in medio. 8, 12, 2 quando recordabor -as prunis impositas. AVG. quaest. hept. 2, 113 quia concavum fieri iubet et -am deponi usque ad medium eius. PS. AVG. serm. 87, 2 Laurentius in -a flammarum igne torretur. MARCELL. med. 8, 101 cocleas Africanas veras super spissam -am dispositas ponito et carbones acres assidue suggerito. 33, 39 dum in -a assatur. PLAC. med. 4, 2. APIC. 7, 261 sumen elixas... et in furnum mittis vel in -am, subassas. 7, 264, 266. 292 inde assantur in clibano vel -a. AVELL. p. 680, 6 de -a beati Laurentii martyris. PETR. CHRYS. serm. 135 p. 566^B oblata est torrenda, et ut verius dicam, assanda martyrio nobilis illa Laurentii -a. PS. FVLG. RVSP. serm. 60 *passim*. CASSIOD. hist. 6, 13 in -a superpositos ardere. ANTHIM. 21 incisum bene in -a ferrea, quae habet latas virgas, unguatur *ficatum*. GREG. M. epist. 3, 33 de beati Laurentii -a, in qua perustus est. **craticulum**, -i *n.* PAVL. FEST. p. 53 craticulum a graeco $\kappa\alpha\tau\epsilon\tau\epsilon\tau\alpha\iota$ deducitur. HYG. astr. 3, 38 haec (*Ara*) habet in summo cacumine craticuli (*Dittmann, coll. ARAT. lat. p. 264 Maass* habet stellas supra craticulam [$\acute{\epsilon}\pi\lambda$ τῆς $\acute{\epsilon}\sigma\chi\alpha\tau\acute{\iota}\delta\omicron\varsigma$] duas; *Bunte turibuli, codd. circuli*). *cf. Mau, PW. IV 1682; E. Saglio, Daremberg-Saglio p. 1557.* **craticulātīm adv.** a craticula. *i. in figuram craticulae*: PELA-

GON. 196 -m (vel reticulatim *Ihm*, rtilatati *cod.*) subtiliter urito. CHIRON 187 decussatim ilia aut -m super renibus permixtis punctis subrenalem curabimus. 676 ures eum -m in renibus. 689 cauteris candentibus -m urito. VEG. mulom. 2, 67, 6 -m, sicut moris est, ures.

cratio, -ire [*a* cratis. *Th.*]. *i. q.* *occare*: PLIN. nat. 18, 258 utilissimum, si malae herbae, arare, dein -ire (*gratire codd.*), sarire, florem... spargere, priusquam -antur (*gr- E*). *deriv.* cratio.

crātis, -is *f.* [*i. q.* *theod.* hurd 'cratis', *got.* haurds 'porta'; *cf.* *c. gr.* κράτος, *ind.* katah. 'storea', *crātati* 'figit, iungit', *boruss.* corto 'saepimentum'. *Th.*]. ISID. orig. 19, 10, 17 quorum (*laterum*) -es dicuntur, in quibus lutum pro eisdem lateribus crudis portare solent; sunt enim conexiones cannarum, dicti ἐπὶ τοῦ κρατίου, id est quod se invicem teneant. CHAR. gramm. I 33, 8 feminina semper pluralia: ...-es; et -em dixerunt. 327, 35 feminina semper pluralia: ...-es.

nom. sing. cratis legitur: VARRO ling. 7, 55 (*F*, -es *a*). VEG. mulom. 1, 56, 5 mil. 1, 12 ALC. AVIT. carm. 5, 512. *acc. sing.* -im: PAVT. Poen. 1025. *acc. plur.* -is: CATO agr. 48, 2. CAES. Gall. 7, 81, 2 (*β*). VEG. Aen. 7, 633 (*F*, -es *MR*). 12, 508 (-es *MPR*). VARRO ling. 7, 55 congerro a gerra, hoc graecum est et in latina -is (*cf. infra l. 67sqq.*). [GLOSS. V 186, 15 -es, *leg.* crateres. *dub.* FEST. p. 177]. legitur inde a PAVT. *cf. Olck, PW. IV p. 1682-1685; E. Saglio et G. Humbert, Daremberg-Saglio II p. 1556.* [*it.* grata, *hisp.* grada. *M.-L.*]

1 proprie: de omni genere operis viminei ad permultos et diversos usus adhibiti: EXC. Bob. gramm. I 549, 3 hae -es: πλέγματα ῥάβδων. GLOSS. πλέγματα ἐκ ῥάβδων. **a in usu privato, praecipue rei rusticae:** VEG. mulom. 1, 56, 5 -is quae occa (*Schneider, cocta, cocca, zacca, gaza trad.*) vocatur a vulgo. SERV. georg. 1, 95 v. *infra l. 34.* ISID. orig. 19, 10, 17 v. *supra l. 10.* CATO agr. 10, 2 -es stercorarias (11, 4 VARRO rust. 1, 22, 3). 48, 2 -is ficarias imponito (PLIN. nat. 17, 71). 112, 2 si pluvia erit, in tecto in -bus componito. VARRO rust. 1, 23, 5 ut habeas vimina, unde viendo quid facias, ut sirpeas, vallus, -es. 2, 2, 9 portant secum -es (*grates cod.*) aut retia, quibus cohortes in solitudine faciant. VEG. georg. 1, 95 qui frangit inertes vimineasque trahit -es (SERV. *ad l.* ad agrorum scilicet exaequationem -es quam rustici irpicem vocant). 1, 166 virgea praeterea Celei vilisque supellex, arbuteae -es et mystica vannus lacchi. Aen. 11, 64 haud segnes alii -es et molle feretrum arbuteis texunt virgis et vimine querno. HOR. epod. 2, 45 claudensque textis -bus laetum pecus distenta siccet ubera. SEN. epist. 90, 17 virgeam -em texerunt. COLVM. 2, 17, 4 glaebas surculis resolvemus et inducta -e coaequabimus grumosque quos ad versuram plerumque tractae faciunt -es, dissipabimus. 4, 2, 1 quia -em factura sit vitis (4, 2, 2). 7, 8, 5 sub umbra -bus in hoc factis. 12, 9, 1 caules expressos in -bus pandere. 12, 15, 1 -es pastorales. 12, 15, 4 religatas iunco vel qualibet herba offas reponunt in -es. 12, 16, 2. 12, 45, 1. PETRON. 135 vers. -e saligna impositum Cereris vacuae nemus. CALP. ecl. 1, 39 claudere fraxinea nolit praesepia -e. PLIN. nat. 8, 35 dracones inter se -ium modo implexos. 10, 126 scrobes excavare rostro, inde -e consternere et operire terra. 13, 77 traversa postea -es peragit. 14, 84 uvis in sole siccatis loco cluso per dies septem in -bus. 16, 209 quae... flexili -e constant. 18, 145 solum... aratum et occatum integitur -e iterum ac tertium. 18, 173 -esque dentatas. 18, 180 occatio sequitur, ubi res poscit, -e vel rastro, et sato semine iteratur haec quoque, ubi consuetudo patitur, -e contenta vel tabula aratro adnexa. 18, 186 -is et hoc genus dentatae stilis ferreis. 18, 233 qualos, -es, fiscinas texere. 21, 84 iuncea -e. 35, 169 illini...-es parietum luto et lateribus crudis extrui quis ignorat? SIL. 6, 540 praefixo paribus ligno mucronibus omnes armentur laterum -es. IVV. 11, 82 sicci terga suis rara pendentia -e moris erat quondam festis servare diebus. APVL. met. 4, 6 solidis -bus. SOL. 2, 47 *Diomedae aves* surculis inversum superpositis imitantur texta -um. 56, 8 bubulis utribus...contabulatas -es superponunt. PALLAD. 1, 5, 1 *gleba* ad tegendam se graminis sui -e sufficiens. OPTAT. 2, 4 p. 39, 6 sic speluncam quondam foris a civitate -bus saepserat. AMM. 14, 2, 10 innare temere contextis -bus (25, 8, 2). CASSIOD. var. 5, 42, 8 iste consutuli -e praecinctus munitior redditur fragilitate cannarum (*syn. gestabili muro cannarum*).

b in usu militari: PAVL. FEST. p. 40 cerrones leves et inepti a -bus dicti, quod Siculi adversus Athenienses -bus pro scutis sunt usi, quas Graeci γέρρας appellant (p. 94). p. 231 plutei -es corio crudo intentae quae solebant opponi militibus opus facientibus et appellabantur militares. nunc etiam tabulae, quibus quid praesaepitur, eodem nomine dicuntur. GLOSS. γέρρον, εἶδος ἀσπίδος Πελοποννήσου. *cf.* VARRO *supra l. 18.* CAES. Gall. 4, 17, 8 haec... longuriis -busque consternebantur. 5, 40, 6 pinnae loricaeque ex -bus attexuntur. 7, 58, 1 Labienus...-bus atque aggere paludem explere atque iter munire conabatur (7, 86, 5 civ. 1, 40, 4). 7, 79, 4 proximam fossam -bus integunt atque aggere explent. 7, 81, 2 subito clamore sublato...-es proicere... parant. civ. 1, 25, 9 has (*rates*)... a fronte atque ab utroque latere -bus ac pluteis protegebat (CVRT. 5, 3, 7. TAC. hist. 2, 21 pluteos -esque et vineas. 2, 22. 3, 20 AMM. 21, 12, 6). 1, 27, 4 haec levibus -bus terraque inaequat. 2, 2, 2 per duos ordines -um. 2, 15, 2 quidquid est contignatum, -bus consternitur, -es luto integuntur. 3, 46, 1 Caesar...-es ad extremum tumulum contra hostem proferri et adversas locari... iussit. 3, 46, 3 -esque pro munitione obiectas

propulerunt Pompeiani. 3, 46, 5. 3, 80, 4 Caesar... scalas musculosque ad repentinam oppugnationem fieri et -es parari iussit. BELL. Alex. 18, 1 aut scalis aut -bus. BELL. Afr. 20, 3 ut sibi -es materiemque congererent. BELL. Hisp. 16, 2 extulerunt virgulta, -es ad fossas complendas. VERG. Aen. 7, 633 flectuntque salignas umbonum -is. LIV. 10, 38, 5 locus est consaeptus -bus pluteisque et linteis contextus. 23, 19, 12 nuces... fusae...-bus excipiebantur. 27, 3, 3 erant... pleraque ex -bus ac tabulis facta. VITR. 10, 14, 3 circum tabulata collocantur -es ex tenuibus virgis creberrime textae. CVRT. 10, 2, 23 ex -bus scuta. LVCAN. 1, 241 nuda iam -e fluentes invadunt clipeos. 3, 485 perpetuam rupit defesso milite -em. 3, 495 percussae cedunt -es. VAL. FL. 3, 199 -emque tralicem. SIL. 5, 522 cui medio leviter clipeo stetit aeris in ora cuspis et oppositas vetita est tramittere -es. STAT. Theb. 4, 110 omnibus aeratae propugnant pectora -es. FRONTIN. strat. 1, 5, 5 alias vias operuit -bus. TAC. hist. 4, 23 -es vineasque parare. ann. 1, 68 prouunt fossas, incidunt -es. 4, 51 virgultis et -bus et corporibus exanimis complere fossas. VEG. mil. 1, 11 scuta de vimine in modum -ium corrotundata texebant, ita ut duplum pondus -is haberet, quam scutum publicum habere consuevit. *ibid.* tiro cum -e illa et clava velut cum gladio se exercebat. 1, 12 dupli... ponderis illa -is et clava ideo dabantur. 4, 6 ut de ligno -es facerent, quas metallas vocaverunt. 4, 15 huius tectum munitione duplici tabulatis -busque contextitur. 4, 21 in uno... capite -bus sive tabulatis contextitur machina. AMM. 19, 7, 3 -es vimineas praetendentes. 20, 7, 6 alii opposentes vimineas -es. 20, 11, 10 vimineae -es cum procederent. 24, 4, 16 vimineas -es prae se ferentes. SIDON. epist. 7, 1, 2 putrem sudium -em. 8, 12, 5 superflexa -e paradarum.

c in poena: PAVT. Poen. 1025 sub -im ut iubeas se supponi. LIV. 1, 51, 9 deiectus ad caput aquae Ferentinae -e superne iniecta. 4, 50, 4 quos necari sub -e iusserat. TAC. Germ. 12 ignaros et imbelles et corpore infames caeno ac palude, iniecta insuper -e, mergunt.

2 translate: a de costis, pectore aliisque corporis partibus et de toto corpore: VERG. Aen. 12, 508 -is pectoris (SOL. 1, 75. AMBR. hex. 6, 9, 70 pectoris -em ventrisque mollitiam. ENNOD. opusc. 1 p. 270, 8 GREG. TVR. Franc. 10, 14). Ov. met. 8, 806 pendere putares pectus et a spinae tantummodo -e teneri. 12, 370 quae laterum -em perripuit. APVL. met. 4, 12 perfracta diffissaque -e costarum (ARNOB. nat. 3, 13 sub costis earumque sub -bus. PRVD. perist. 11, 57). TERT. resurr. 42 Gigantum cadavera... quorum -es adhuc vivunt. LACT. opif. 5, 5 ut illius solidae -is (*sc. costarum*) amplexu possent esse munita. PRVD. apoth. 891 angelus hospitium... nescit adire caducum -is tabifluae. cath. 8, 59 frangit et -em luteam laboris grandior usus (SCHOL. *ad l.* corpus). perist. 3, 148 non laceratio vulnifica -e tenuis nec arata cutis. VINDIC. epist. ad Valent. 9 verendum est, ne perforans cutem ac pertundens -em capitis generet in eo vitia diversa. OROS. hist. 4, 8, 11 quae (*tela*) per horrendam squamarum -em quasi per obliquam scutorum testudinem labebantur (*cf.* SIDON. carm. 22, 60 -em nativam nec tela forant). SIDON. epist. 2, 2, 8 veras dentium -es. DRAC. laud. dei 3, 696 curvis spinae latus complectitur aspera costis pectora circumstant -es iugulique ligantur. IOBD. Get. 75 Danubius suscipiens flumina in modum spinae quem costas ut -em intexunt.

b de aliis rebus crati similibus: huc fortasse pertinet: GLOSS. Werth. anglosax. gaerdes [cirographa]. VEG. georg. 4, 214 -es solvere favorum (AMBR. hex. 5, 21, 69 quae castra quadrata tantum possunt habere artis et gratiae, quantum habent -es favorum. *cf.* GLOSS. grates cellae et cellulae apium). ARNOB. nat. 6, 16 videretis deos... lamminarum flatilium... esse -es. *i. q.* ἐσχάρα: HIL. Macc. 49 -bus impositos subiectis urere flammis cernat mater. LEO M. serm. 85, 3 ut per -em ferream... fieret cruciatus vehementior. PAVL. PETRIC. Mart. 5, 763 fluctus fracti elisa tabularum -e resultant. ALC. AVIT. carm. 5, 512 assuti -is compacta metalli (*de lorica*). *in imagine:* OROS. hist. 3, 2, 9 contextui indigestae historiae inextricabilem -em. PAVL. PETRIC. Mart. 2, 262 arcebatque omnem foliorum -e calorem arboris unius densum nemus.

deriv.: craticius, craticula (-um), craticulatim, cratio. **crātio**, -is *f.* a cratire. PLIN. nat. 1, 18, 50 de occando, runcando, sariendo. de cratitione. *Burger.*

? **crauceum** maliasis GLOSS. II 529, 27. *Hesych.* μαλεή et κραυγίας confert Bücheler.

craxo *sim. v.* charaxo. **crea** stercora GLOSS. V 595, 53. *cf.* GLOSS. Plac. V 13, 22 (= 55, 11) crea stercus: unde nos ea quae ex ore abicimus excreare, dicimus, id est expuere. *sim.* V 282, 39. 596, 33. [*ab* excreare ductum esse videtur, *cf.* screa. *Th.*]

creābilis, -e a creare. *is qui creari potest; qui nondum creatus vel perfectus est:* PS. APVL. Ascl. 15 qualitatis materiae, quae -is est, tametsi creata non est. HIER. Didym. spir. 12 inconvertibili aeternum est consequens... convertibili -e subsequens est. AVG. conf. 12, 17, 26 non iam perfectas atque formatas... naturas... sed... adhuc informem rerum formabilem -emque materiam. 12, 19, 28 quicquid -e atque formabile est (*opp.* creatum atque formatum). 12, 22, 31 quod factum est -e atque formabile. 12, 28, 39 alius... -em materiam caeli et terrae... alius iam formatas distinctasque naturas. VIGIL. THAPS. c. Eutyech. 4, 14 verbum ergo erit... -e et con-

tractabile atque visibile (*opp.* increatum). *adde:* GAUDENT. serm. 7. 18 (*v. l. 15 sqq.*).

creagra, -ae *f.*, κρεάγρα. greagra: EVCHER. instr. 2 p. 147, 13 GLOSS. IV 605, 32. GLOSS. -as tridentes. -ae unci ferrei carnarii. -ae sunt fuscinae ad carnes ex caldariis efferendas (*cf.* EVCHER. instr. 2 p. 147, 13 greagrae in Paralipomenon fuscinae ad carnes de caldariis proferendas, graecum est) GLOSS. IV 605, 32 greacre fuscinae ad carnes. *cf.* 266, 2 oreagra fuscina graece.

nomen instrumenti de quo v. Blanchet, Daremberg-Saglio II p. 1557 s. v. harpago. VVLG. II par. 4, 11 fecit... Hiram lebetes et -as. 4, 16 et lebetes et -as et phialas fecit. Ier. 52, 18 lebetes et -as et psalteria et phialas... et omnia vasa aerea. *adde:* MART. CAP. 9, 997 (vers.) Pelasgos dum docere nititur artes -is vix amicas Atticis (*fort. corruptum*).

? **creālis**, -e *a* creare. *i. q.* creabilis: GAUDENT. serm. 7 bonum se (*i. dei filium*) iuxta conditionem -ium (*cod. Rem., creatum Paris. m. 1, creatura m. 2, creabilium codd. rec.*) bonorum nuncupari. 18 ei se largiturum possessionem -ium (*cod. Rem.*) pollicetur *diabolus*.

creāmen, -inis *n. a* creare. PRVD. ham. 505 ex elementis cuncta solubilibus fluxoque -e constant (*i. natura, corpore*).

creamentum *v.* crementum.

creatio, -ōnis *f. a* creare. *si excipis* CIC. leg. 3, 10, non legitur ante ITALAM et PAPIN. [GLOSS. II 594, 50 suggurunda -o (*cenatio Heraeus*)].

1 i. q. actus creandi: **a de magistratibus sim.** (GLOSS. χειροτονία): CIC. leg. 3, 10 -o magistratum, iudicia populi... plebi libera sunt. PAPIN. dig. 26, 7, 39, 6 tutor datus adversus ipsam -em tutoris provocavit. MOD. dig. 48, 14, 1 ad curam principis magistratum -o pertinet. HEGES. 5, 16 l. 122 nobis... sacerdotum -em restituerunt. LEO M. epist. 167, 1 vana habenda est -o clericorum. NOVELL. Anth. 3, 1 divina maiestas et nostra -o... imperii commiserit potestatem. HYD. praef. chron. II p. 14, 20 deformem ordinis statum -bus indiscretis (*v. Brassloff, PW. IV 1686*). **b de liberis** (GLOSS. -o filiorum τενογονία): VLP. dig. 1, 7, 15, 2 magis liberorum -i studere debeat. EPIS. Paul. et Cor. II rec. A 8 ut vivificetur per filii -em (*rec. B adoptionem*). FAVST. REL. spir. 2, 2 p. 134, 9 ante -is initia... Mariae corpus impletur et inter initia -is filius... concipitur.

c de rebus a deo creatis: HIER. in Eph. 4, 23/4 p. 626 -o apud nos generatio vel nativitas dicitur, apud Graecos vero sub nomine -is verbum facturae et conditionis accipitur; et quod apud nos conditio, hoc apud Graecos -o sonat. in magnis operibus verbum -is assumitur. *cf. l. 62.* ISID. diff. 2, 27 inter -em mundi et formationem eius haec est differentia, quod originaliter secundum materiae substantiam simul cuncta creata sunt *eqs.* MAR. VICTORIN. verb. script. 7 post aquarum -em intellegas vesperam. PS. MAR. VICTORIN. phys. 6 ventorum flatus... nascentium -bus subministrat. HIL. in Matth. 5, 8 in substantia sua et -e corporeum. 33, 6 divinae operationis mysterium totius -is stupore sentitur. myst. p. 5, 34 in -e mulieris non iam limus apprehenditur. p. 27, 1 -o orbis. in psalm. 2, 14 caelestium et invisibilium -es. syn. 17 -em referens ad parentis indemutabilem naturam. *ibid.* est opus virtutis -o, non naturae ex natura gignente nativitas. trin. 1, 13 ut nova in se generis nostri -e constitutionem decreti anterioris abolet (HIER. epist. 124, 8. *ibid.* in alio saeculo. *cf.* PROSP. epist. 2, 19 nisi naturam... secundae -is Christi gratia reformaverit, *ibid.* saepe regeneratio. resp. ad Gall. 1, 8 alia -e alioque principio renovari egemus). HJ. trin. 1, 16. 6, 18 usurpas... nativitatem filii ad -is voluntatem. *ibid.* -is indulgentiae sibi habeat substitutionem. 6, 33 naturae in naturam vel demutationem vel profectum vel -em. 11, 8 -o ex nihilo subsistat, generatio vero naturalem habeat nativitatis auctorem. FILASTR. 109, 3 in -e hominis. 126, 2 angelorum. HIER. epist. 98, 17. 140, 6 -o significat... eius, qui prius non erat, conditionis exordium. VVLG. Hebr. 9, 11 tabernaculum non manufactum, id est non huius -is (κτίσεως). PS. RVFIN. in Am. 5, 7 solus... dominus iure -is ostenditur. AVG. civ. 11, 4. 6 -is mundi et temporum. 11, 9. 22 causam -is rerum. 11, 32. 12, 13. 26 -em... conditionemque omnium naturarum. epist. 166, 15. 167, 1 in origine suae -is. gen. ad litt. 7, 28 p. 227, 9 quorum -o spatiis temporalibus distat. 9, 16 p. 289, 9. PS. AVG. quaest. test. I 17. ne fructum haberent -is dei. 55. serm. 125, 2. ZACCH. 1, 32. CASSIAN. conl. 8, 7, 2 -is et officii sui principia. 8, 7, 3. NICET. spir. 7 -o sine spiritu facta. 8 si -o et renovatio per spiritum erit. 9. LEO M. serm. 12, 1 -is nostrae... exordium. SACR. Leon. p. 370 -is tuae (*i. dei*) circa mortalitatem nostram testificentur auxilium. FAVST. REL. spir. 1, 6 p. 108, 27. VICT. VIT. 2, 79 -is totius auctor deus. 2, 83 bis. ORIG. in Matth. 18, 54 a -e mundi usque ad consummationem. 18, 69 quicquid habuerit quis ex naturali -e. LIB. iubil. 15, 27. PS. PRIMAS. in Eph. p. 612^D non de illa -e dicit Paulus, qua in Adam vel ex Adam nascimur, sed qua in baptismo per gratiam reformamur. ISID. orig. 5, 39, 1 prima aetas in exordio sui continet -em mundi. *nota:* AMBR. Noe 24, 86 -o hominis de luto terrae. ZACCH. 1, 31 bonam nostri -em... egit in crimina *diabolus*.

2 i. quod creatum est, creatura: ITALIA Hebr. 4, 13 (Lucif. non conv. 10 p. 22, 10) non est ulla -o (κτίσις, VVLG. creatura) quae non

pareat ante illum. HIL. syn. 17 -o... sumit exordium de creantis potestate potente... creatore ex nihilo condere creaturam. 20 omnium -um... dici deum patrem. 84. SERM. Arrian. frg. I 6 spiritus sanctus... maior omnibus -bus. VVLG. IV Esdr. 9, 17 qualis operator talis -o. MAXIMIN. c. Ambr. 46 filium... creatorem esse totius -is. AVG. c. Iul. op. imperf. 5, 64. HERM. vulg. mand. 8, 1 -es domini duplices sunt (κτίσματα, Pal. creatura). ZACCH. 1, 11 -o... ex materia corruptibili effecta. CASSIAN. c. Nest. 7, 3, 2 si ad terrenas -es respicis. LEO M. serm. 30, 4 haec generatio... supra omnem originem humanae -is excellit. VIRG. gram. epit. 4 p. 23 ingenium de ingenuitate -is creatoris sibi insertum ac nominatum.

syn.: conditio. regeneratio. creatura.

***creator**, -ōris *m. a* creare. ISID. orig. 9, 5, 5 (= 11, 1, 15 GLOSS. Plac. V 18, 19. 66, 19) hinc (*a cremento*) et parentes -es dicuntur. AVG. serm. 118, 1 -r est... qui fecit, creatura autem quod fecit. PAUL. NOL. epist. 16, 2 -r pariter et creatura, id est opifex et opus. PS. HIL. c. Arrian. 13, 23 -r... et creatura, id est factor atque factura. GLOSS. factor. κτίστης. δημιουργός, κτίστης. γεννήτρια (? γεννήτης, γεννήτωρ ε). *legitur inde a* CIC.

is qui creat: **1 generatim, plerumque accedit vel subintelligitur genitivus obiectivus:** CIC. Balb. 31 princeps ille -r huius urbis Romulus. VLP. dig. 50, 8, 2, 7 -r magistratus nihil praestare debet (GLOSS. χειροτονητής. COD. Theod. 12, 11, 1, 3 [a. 314] periculo curatorem kalendari et magistratum et -um... pecunia collocanda est. 12, 1, 192 [a. 436 = COD. Iust. 10, 31, 59] tam nominati quam etiam -es. COD. Iust. 6, 62, 5 pr. qui velut -es decedentium attinentur). FILASTR. 55, 5 angelos dicunt -es esse animarum nostrarum. HEGES. 2, 12 l. 13 mirabilium -em operum *Iesum*. AVG. civ. 12, 25 an ullius... creaturae possint dici angeli -es. *ibid.* animalium. 12, 26 agricolas non dicimus fructuum quorumque -es (gen. ad litt. 9, 15 p. 287, 8. 9, 16 p. 289, 20). EVSTATH. Bas. hex. 8, 1 p. 945^B sermo divinus nascentium... -r est. ALC. AVIT. carm. 2, 40 se semet fecisse putans, suus ipse -r ut fuerit *diabolus*. SCHOL. Stat. Theb. 12, 622 Hymetti montis, -is mellis.

i. q. parens (*cf. supra l. 14*): CIC. carm. frg. 22, 24 nobis haec portentosa deum dedit ipse -r. Ov. met. 8, 309 Telamon... magnique -r Achillis. SEN. Phaedr. 888 te, -r caelitem. CORP. III 710 (*imp. Diocl.*) diis genitis et deorum -bus. MART. CAP. 2, 197 deorum rigidissimum -em. ENNOD. dict. 17, 2 p. 474, 6 -is proprii exitium... remove. 17, 7 p. 475, 16. 18, 8 p. 477, 26 si ille -em torvo lustrasset aspectu (*ibid.* genitore). 19, 5 p. 479, 27 quotiens -es tui sollicitis deum movere suspiriis. epist. 7, 31 p. 198, 3 -es reptantium parvulorum. 8, 32 p. 220, 18. 9, 2 p. 229, 20 -r pro filio... supplicet. 9, 4 p. 231, 19. 9, 11 p. 236, 21 progeniem sanctis -bus... procedentem. *de deo:* LVCAN. 10, 267 ille -r atque opifex rerum. PS. APVL. Ascl. 2 qui est unus omnia vel ipse est -r omnium. TERT. adv. Marc. 1, 10 si unius familiae deus fuisset -r. 5, 5 hominis et universitatis -em et institutorem. 5, 17 aëris huius -em. *ibid.* irae filios ad naturam rettulit, non ad -em. resurr. 2 ne -r carnis habeatur. PS. TERT. haer. 6 duos deos... bonum superiorem, saevum hunc mundi -em. COMM. apol. 158 qui esset -r eorum. instr. 1, 13, 3 quaerendus est petrae -r. PANEG. 9, 13 deus ille mundi -r et dominus. HIL. c. Const. 4 omnipotens deus et universorum -r. trin. 1, 10 -em suum (*animi*) deum. FILASTR. 112, 7 doctrina... suum... agnoscens dominum recordansque -em. PRISCILL. tract. 6, 104 omnium -r in totis est. HYMN. Ambros. 1, 2, 1 deus -r omnium.

MAXIMIN. c. Ambr. 46 patrem... -em esse -is, filium vero -em esse totius creationis. HIER. in Am. 3, 7 p. 323 huius... locustae fitor et -r est deus. VVLG. deut. 32, 18 oblitus es domini -is tui. Iudith 9, 17 -r aquarum. eccles. 12, 1. sap. 13, 5 -r horum. II Macc. 1, 24 omnium. 7, 23 mundi -r. OPTAT. 2, 1 p. 34, 22 terra debet laudes -i suo. 7, 2 p. 169, 12 -r unus omnium est animarum. AVG. civ. 1, 28 -is mundi atque rectoris. 4, 31 animae. 6 praef. 7, 30 qui universarum aquarum -r et gubernator est. 10, 3 Platonici quamvis -em universitatis intellexerint. 10, 14 animae -i ac domino. 11, 28 sumus ad nostri -is imaginem creati. 12, 26 quis... alius -r est temporum nisi qui fecit ea... 14, 4 cum sit eius (*hominis*) auctor et -r deus. quant. anim. 34, 77. epist. 144, 2 deo -e ac perfectore naturae. serm. 100, 1, 2 amandus est generator, sed praeponendus est -r. BREV. fid. adv. Arrian. p. 658^A universitatis. OROS. hist. 3, 8, 8 -is orbis universi. NICET. symb. 2 deum... caeli et terrae -em. LEO M. serm. 42, 3 substantiarum. CANON. Migne 56 p. 879^B -r omnium, quae sunt, et auctor. SALV. gub. 44. ALC. AVIT. carm. 3, 384 praepollens hominum rerumque -r. 4, 229 summus terrae pelagique -r. CASSIOD. var. 9, 18, 9 -em vitae... mortis auctorem. BENED. reg. 16 nostro. 73. GREG. M. epist. 8, 24. 13, 45 -is ac redemptoris nostri. CORP. X 4525 credo me resurgere ante -em meum. INSCR. christ. Rossi II p. 109, 63, 9 *Christus* ipse sator semenque sui matrisque -r. p. 168, 19, 7 sanguine me proprio roboravit mundi -r. *cf.* CORIPP. Iust. 2, 52 virgo -is genetrix sanctissima mundi. *adde:* PAUL. FÉST. p. 122 cerus manus intellegitur -r bonus.

2 speciatim: absolute, i. q. deus Iudaeorum vel christianorum: TERT. adv. Hermog. 10 malum a materia, non a -e deducunt. ieiun. 15 opera -is. adv. Marc. 1, 7 angeli aut homines -is. 1, 9 deum... praelatiorem nostro -e. 1, 21 alium deum... non fuisse... quam -em. 1, 24 bellis et pestibus aliisque plagis -is. 1, 25 affecti-

bus, quos Marcionitae... a deo suo abigunt in -em. 2, 2. 3 bonitas -is, qua se deus noluit... latere. 2, 10 in -em dirigas culpam ut in auctorem diaboli. 3, 5 ad scripturas... -is. 3, 11 a -is prophetis (4, 9). 3, 16 spiritus -is, qui est Christus. *ibid.* non alterius sperabatur Christus quam -is (*ibid.* commune... alterius dei Christo cum Christo -is. 3, 18. 4, 2 ad unicum deum attinet -em et Christum eius. 4, 6 aut Marcionis Christum aut -is. 4, 29. 39). 3, 21 proselytos quaeris, qui de nationibus transeunt ad -em. 4, 7 de caelo -is (*ibid.* de suo caelo in -is descendens. 4, 22). 4, 15 magis -is... quam eius dei, qui nec propria cuiusque castiget. 4, 20 fide -is, quae alium deum ignorabat. 4, 23 legem -is manifeste confirmavit (5, 7. AVG. civ. 19, 12 eadem lege -is). 4, 23 sectam -is exequitur (4, 27). 4, 26 nec... in Belzebule... sed... in virtute -is. 4, 33 unum deum ponit dominus nominaturus et -em. 4, 38 deum diversum a -is exemplis. 4, 39. 5, 2. 7 -em... inter eos posuisse, qui dei dicantur et tamen non sint. 5, 16 in hoc... crematoris dei Christus est et in illo -is. *ibid.* -i... ex operibus intellegendo. 5, 17 homo... factura -is est. *passim.* PS. TERT. haer. 5 alterum deum fingunt praeter -em. HIL. syn. 17 creantis potestate, potente... -e ex nihilo condere creaturam. HIER. epist. 64, 22 super creaturas -r insistens. 78, 2 nisi noveris -em (*ibid.* conditoris). VVLG. Rom. 1, 25 servierunt creaturae potius quam -i. AVG. de duab. anim. 5. gen. ad litt. 1, 12 spiritualis... vita... non conversa ad -em. civ. 13, 24. 14, 11. 21, 9 per miraculum omnipotentissimi -is. 22, 14 -i... qui creavit cuncta de nihilo. epist. 147, 49 utrum de -e an de creatura aliter aliquid sentiatur. in euang. Ioh. 97, 1 -e qui summus et verus et immutabilis est deus. PS. AVG. symb. 3, 3, 3 si ex operibus intellegeres artificem, ex creatura conieceras -em. ZACCH. 1, 1. SIDON. carm. 15, 116 ut pateat substantia summa -r. ALC. AVIT. 2, 23 quaecumque bonus formavit membra -r. VEREC. in cant. 2, 5. CASSIOD. inst. div. 33 -r altissime. in psalm. 50, 2 propter nos creari -em. 138, 3. *nota i. q. deus pater (opp. deus filius):* TERT. adv. Marc. 2, 29 alienare Christum a -e. 3, 4 tepidus... in -em et calidus in Christum. 3, 22. 4, 14. 4, 20 Christum -i adaequatum. 4, 25 non minori se tradidit omnia filio -r. 4, 26 patrem, quem etiam appellas -em. 4, 33. 34 Christus contrarium docens Moysi et -i. *saepius. cf. supra l. 5.*

pro adiectivo: TERT. ieiun. 11 unici dei -is (adv. Marc. 1, 16. 3, 20. 21. 4, 2 et *saepius.* VEG. mil. 4, 40 dei arbitrio -is. AVG. civ. 14, 27 -em atque adiutorem deum. CORIPP. Iust. 2, 187. CORP. VIII 21496 a -e deo). FILASTR. 102, 3 ad dominum salvatorem atque -em. AVG. civ. 13, 24 -em spiritum, qui proprie dicitur... spiritus sanctus (*cf. NICET. spir. 8 sicubi -r spiritus invenitur.*)

syn.: auctor, conditor, factor, perfector, fitor, generator, genitor, institutor.

fem. creatrix, -icis. CHAR. gramm. I 44 creator -x. GRAMM. suppl. 119. GLOSS. γεννήτρια. γεννήτειρα. genetrix, mater. *inde*

a CATULLO et LUCR.

LUCR. 1, 629 rerum natura -x (5, 1362). VAL. FL. 5, 142 illa (*i. Chalybum*) -x prima manus belli (SIL. 15, 184 bellorum dira -x evastanda tibi tellus). STAT. Theb. 10, 125 nimborum fulva -x Iris. NEMES. cyn. 313 Libye magnarum avium fecunda -x. AMBR. fid. 4, 3, 30 divinitas utpote -x caput est creaturae. HIER. c. Ioh. 16 credis quod universitatis trinitas sit -x. AVG. agon. 1, 1 creatura -x. *opp. creatura quae non peccavit.* c. Faust. 12, 10 creatam... lucem a -e luce factam esse. gen. ad litt. 2, 6, 12 in ipso vita est, et vita utique -x. civ. 12, 26 nec feminam sui puerperii -em appellare debemus. 16, 6 -is participes veritatis. c. Iul. op. imperf. 5, 63 cum... defendi et praedicari natura possit -x. epist. 187, 14 substantia -x mundi. PS. AVG. serm. 246, 1 duas... naturas... -is et creatae. SERV. georg. 2, 11 terra mater est rerum omnium et seminum cunctorum -x. 4, 252 vitae longitudo morborum -x. PRVD. perist. 4, 191 turba *martyrum*, quam servat procerum -x purpureorum (*i. Caesaraugusta*). 5, 474 virtus -x omnium (EVSTATH. Bas. hex. 3, 2 p. 892^c vivida -x omnium virtus). PAVL. NOL. epist. 21, 4 sensum creaturis omnibus altiore ex ipso -is omnium rerum corde sapientiae biberat. RVT. NAM. 1, 355 ferri fecunda -x. EVSTATH. Bas. hex. 5, 2 p. 911^a neque... calami progenies potest olearum haberi -x. CLAUD. MAM. anim. p. 112, 4 cum... ad ipsam -em venit magnitudinem. p. 193, 12 ascendentes ad -em substantiam. VIGIL. THAPS. c. Arrian. 2, 37 creaturam... -em esse non posse. 2, 44 totam trinitatem mundi -em esse. DRAC. Orest. 437 Graecia... legum fecunda -x. FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 36. serm. 2, 3 opus -is omnipotentiae. CASSIOD. anim. 2 p. 1283^b -x igitur nulla creata potest esse substantia. FERRAND. epist. 4, 12 creata... substantia -i substantiae semper est minor. CARM. epigr. 1376, 1 (*saec. VI*) humano generi legem natura -x hanc dedit. *i. q. mater:* VERG. Aen. 6, 367 si quam *viam* tibi diva -x ostendit. 8, 534. PS. AVR. VICT. epit. 40, 17 more Olympiadis Alexandri Magni -is. EVSTATH. Bas. hex. 9, 5 p. 962^a congruam -i mercedem pro tali partu rependens *vipera* (*ibid.* genetrix, mater). CANON. Migne 56, 533^a virginem -em ausi sunt negare. 56, 535^b virgine divini numinis -e. MARCELL. auct. chron. II p. 104, 534 addit. Theodahadus... reginam, -em suam, ... occidit. *adde:* CATVLL. 63, 50 patria o mei -x, patria o mea genetrix. STAT. Theb. 8, 303 hominum divumque aeterna -x *Tellus*.

syn.: genetrix, mater.

**creatura, -ae f. a creare.* criaturam; INSCR. christ. Leblant

540 A Nouv. Rec. (*aev. Merov.?*). -a- *corripitur:* COMM. apol. 636 agnovit dominum omnis -a latentem. 964 excipere sanctos ipsa -a laetatur. instr. 2, 1, 35 caelestem populum gaudet -a videre. 2, 39, 11 ira dei summi ardet -a gemendo. SIDON. carm. 15, 92 materiam cunctis -is aera. VEN. FORT. carm. 2, 15, 8 filius ut dicant quia est -a dei. PS. DAMAS. epigr. 63, 9 sic -a prior tanto pro munere gaudet. *producitur:* PRVD. ham. 506. SIDON. carm. 15, 112 quinta -as superas substantia prodat. ALC. AVIT. carm. 2, 47 ARATOR act. 1, 30 CORIPP. Iust. 2, 26. 30. VEN. FORT. carm. app. 1, 218 -ae fulgida massa novae. 10 AVG. fid. et symb. 4, 5 hoc... dicimus -am, quod illi *κρίσις* vel *κρίσιον* vocant. GLOSS. *χειροτομία. κρίσις. -is κρίματων.* *legitur inde ab* ITALA et TERT.

1 *i. q. actus creandi:* ITALA gen. 2, 4 (Aug. gen. c. Manich. 2, 1, 1) hic est liber -ae caeli et terrae (Aug. gen. ad litt. 5, 1 p. 137, 13 liber -ae vel facturae. *γενέσεως*, VVLG. istae sunt generationes. *cf. FILASTR. 79, 4* in libro geneseos, id est -ae mundi. 109, 2 in libro -ae mundi, id est in genesi). FILASTR. 36, 1 docens de generatione... salvatoris deque -a angelorum (PAVL. NOL. epist. 45, 7 ipsa angelorum -a. LIB. iubil. 15, 27 a diebus -ae ipsorum *angelorum*). AMBR. parad. 2, 7 in hac -a mundi (spir. 2, 6, 50 MAXIMIN. c. Ambr. 134. HIER. epist. 140, 2 cuius ore -am mundi... didicimus. RVFIN. apol. Orig. 1 p. 549 a prima -a et conditione mundi. APRING. in apoc. 5, 1 liber hic... praesentis est mundi totius -a. *cf. OROS. hist. 7, 1, 1* deum... condidisse mundum -amque eius). AMBR. parad. 2, 7 -am serpentium. HIER. epist. 123, 12 primi hominis. in Is. 65, 20 p. 790 populo dei, qui exultationis et gaudii aeternam suscipiet -am. VVLG. sap. 19, 11 novissime... viderunt novam -am avium. Sirach 38, 39 -am aevi confirmabant (*κρίσις αἰώνος*). Marc. 10, 6 ab initio... -ae masculinum et feminam fecit eos deus (*cf. 13, 19* ab initio -ae quam condidit deus. MAXIMIN. c. Ambr. 17 in principio omnis -ae iam erat. EVCHER. instr. 1 p. 67, 21 in exordio -arum). RVFIN. Adamant. 1, 2 alienus... est *deus*... ab omni -a (*δημιουργήματος*). 2, 2 si unusquisque habet propriam virtutem, consequens est ut unusquisque habeat propriam -am (*κρίσιον*). AVG. c. Iul. 3, 20, 41 Sodomitas et in panis ac vini peccasse -a. *ibid.* bona est -a panis ac vini. OROS. apol. 9, 2 in omni -a caelestium et terrestrium et infernorum. hist. 1, 1, 2 mundi originem -amque hominum. NICET. spir. 3 omnia quae... in multitudine et ordine -ae sint constituta (AVG. civ. 19, 15 quid postulet ordo -arum. EVCHER. instr. 1 p. 68, 8 in -arum ordine). VIGIL. THAPS. c. Arrian. 1, 11 si alimentorum -a multiplicati faenoris sensit augmentum. ASSVMP. Moys. 1, 2 bis millesimus... annus a -a orbis terrae. NOVELL. Iust. 89, 1 pr. *fili* legitimi a -a fiebant (*παρὰ τῆς δημιουργίας*). LIB. gener. chron. I p. 90, 22.

ris. *sequitur in c. acc., ad sim.:* Ov. trist. 2, 68 non tua carminibus maior fit gloria nec quo, ut maior fiat, -ere possit habet. SEN. dial. 2, 15, 2 in quantumcumque ista (*molesta*) vel numero vel magnitudine -erint. epist. 124, 23 in quantum potest plurimum -ere *ratio*. LACT. epit. 33, 10 audacia malis -it ad facinora maiora. AVSON. 162, 15 tenus Europam fama -ente. VVLG. exod. 19, 19 sonitus bucinæ paulatim -bat in maius. AVG. civ. 4, 4 hoc malum si in tantum perditorum hominum accessibus -it. AVELL. p. 734, 18 ne taciturnitas mea, quæ vobis -it ad gloriam, mihi, quod absit, vertatur in culpam. ALC. AVIT. epist. 14 p. 47, 4 confitentis humilitas -it ad meritum, non confessionis veritas ad reatum. EVGRAPH. Ter. Hec. 47 p. 342, 19 mea ad placendum -et auctoritas. GREG. M. epist. 2, 38 ut saltim eorum (*bonum*) pretium ad aliquam utilitatem -at. moral. 6, 13 studioso tarditas ad praemium proficit et desidioso velocitas ad supplicium -it. INSCR. christ. Rossi II p. 104, 38 plus tamen ad meritum -it, quod morte beata martyris effuso sanguine nomen habet. p. 122, 12, 8 ad laudem -it parvula vita tibi.

3 *de hominibus qui auctoritate, potentia, virtute, gloria augentur (cf. AVG. infra l. 54): a de singulis personis:* TER. Haut. 28 date -endi copiam. VARRO rust. 3, 1, 7 quæ postea -erunt pecunia (*sic trad.*), peculia *Iucundus*. PETRON. 70 ita -am patrimonio, non corpore. CIC. S. Rosc. 83 accusarem alios potius, ex quibus possem -ere. Verr. 6, 173 si videor hic... de uno isto voluisse -ere, isto absoluto... de multis mihi -ere licebit. Cluent. 77 ut ex invidia senatoria posset -ere. de orat. 1, 28 (*in prosopopoeia*) quæ (*platanus*) mihi videtur non tam ipsa acula quæ describitur quam Platonis oratione -isse. CAES. Gall. 1, 20, 2 quod frater... per se -isset. SALL. Catil. 51, 32 qui malo rei publicæ -erant. Iug. 6, 2 postquam hominem adolescentem... magis magisque -ere intellegit. NEP. Alc. 7, 5 qua ex re -erat cum fama tum opibus. Cato 2, 4 quoad vixit, virtutum laude -vit (HOR. Carm. 3, 30, 8). Att. 21, 1 cum... ad extremam senectutem non minus dignitate quam gratia fortunaque -isset. VERG. ecl. 7, 25 pastores hedera -entem ornate poetam. DIRAE 81 advena civili qui semper crimine -vit (LIV. 1, 47, 7 *Tarquinius* cum de se ingentia pollicendo, tum regis criminibus omnibus locis -ere. 35, 19, 5 si quibus tuorum meis criminibus apud te -ere lubet, aliam materiam -endi ex me quaerant). HOR. epist. 2, 2, 101 optivo cognomine -et. EPIST. Sapph. 117 e nostro -it maerore Charaxus. LIV. 1, 46, 2 -endique in curia sibi occasionem datam ratus est. 23, 48, 11 ex qua (*re publica*) -issent. 27, 35, 8. 29, 37, 17. SEN. contr. 1, 1, 11 -ere ex mea proposuit invidia homo. SEN. epist. 34, 1 -o et exulto. 45, 2 quantum animo -isses. 86, 2 si plus quam tibi expedit, -vi. 94, 65 infinita... cupido -endi. 111, 4 eo usque -isse, quo manus fortuna non porrigit. PETRON. 42 ab asse -vit. 43 -vit quidquid -vit tamquam favus. 48 de nihilo -vit. 71 ex parvo -it. STAT. Theb. 10, 181 haut laeti seque huc -isse dolentes. silv. 4, 5, 43 hinc parvus inter pignora curiæ, contentus artæ lumine purpuræ, -is. 4, 7, 43 duret in longum generosus infans perque non multis iter expeditum -at in mores patrios avumque provocet actis. PLIN. paneg. 71 hic uno modo -ere potest. SVET. Claud. 43 ut -ret rationemque a se omnium factorum acciperet. DECRET. decur. Tergest. (Corp. V 532) 1, 8 uti in ad*iuva*nda patria sua et dignitate et el*o*quentia cres*c*eret. ITALIA iud. 11, 2 (Lugd. Aug. quaest. hept. 7, 49 p. 493, 19) -erunt filii uxoris et eiecerunt Iephte (*καὶ ἠδρόνθησαν οἱ υἱοὶ τῆς γυναικὸς*, VVLG. -erant. AVG. *ibid.* ad h. l. verbum quod positum est -erunt significat in figura 'prævaluerunt'). PANEG. 7, 3 -ere militando voluisti. DON. Ter. Ad. 761 quantum -erit a superioribus. HIER. epist. 65, 9 potest humiliari et -ere. RVFIN. patr. 2 praef. 1 cum... erga... tui... desiderium magis ac magis -rem. 10, 3 in tantum emicuit, ut usque ad invidiam -ret. CLAUD. 3, 22 iam non ad culmina rerum iniustos -isse queror. 22, 318 titulo tunc -ere posses, nunc per te titulus. VVLG. loh. 3, 30 illum oportet -ere, me autem minui. Eph. 4, 15 -amus in illo per omnia, qui est caput, Christus. I Petr. 2, 2 ut in eo -atis in salutem. II Petr. 3, 18 -ite vero in gratia et in cognitione. AVG. civ. 15, 5 scelere -vit in peius. in psalm. 145, 11 nec -it deus accedente te nec decrescit discedente te. POMER. 2, 13, 2 iniquis acquisitionibus. 3, 28, 2. MVTIAN. Chrysost. hom. 28, 7 vera pulchritudine. COD. Iust. 10, 48, 11, 1 qui vero superioribus dignitatibus -erint. GREG. M. moral. p. 12 quantum de verbere -erit. PALLAD. hist. mon. I 42 p. 327^b saecularibus... honoribus -vit *iuvenis*. Ps. THOM. euang. 15, 4 Iesus... -bat in statura et sapientiae dono (*cod. Paris.*, statura et sapientia *Vatican.*; cf. Ps. MATTH. p. 1178, 16). CORP. XIII 2977 et nuvilior -it ex mure parentum. 2978 novilior -it ex mure parentum. CARM. epigr. 904, 3 -vit titulis factus de consule martyr. 1351, 5 hic probitate sui -vit. INSCR. christ. Rossi II p. 127, 6, 5 gradibus meruit -ere sanctus homo. **b** *de civitatibus, urbibus, mundo:* CIC. rep. 2, 3 si nostram rem publicam vobis et nascentem et -entem et adultam et iam firmam atque robustam ostendero (SALL. Catil. 10, 1 ubi labore atque iustitia res publica -vit. VOPISC. Car. 3, 1). SALL. Catil. 7, 3 civitas... quantum brevi -erit (51, 5 VITR. 2 pr. 3 AVG. civ. 2, 18. 5, 12. 22, 6). Iug. 10, 6 concordia parvae res -unt, discordia maximæ dilabuntur (LIV. 1 praef. 4 quæ res ab exiguis profecta initiis eo -erit). 14, 7 cuiusquam regnum per scelus -ere (LIV. 45, 19, 10 AVG. civ. 4, 15). VERG. georg. 2, 533 si fortis Etruria -vit. HOR. Carm. 4, 15, 14 per quas Latinum nomen et

Italiae -vere vires. Ov. met. 7, 512 -at tua civibus... urbs (LIV. 4, 4, 4 in aeternum urbe condita, in immensum -ente. 31, 29, 10 quarum ruinis -vit urbs Roma. VELL. 1, 7, 4 vix crediderim tam mature tantam urbem -isse floruisse concidisse resurrexisse. cf. p. 1179, 45). Ov. fast. 3, 433 o quam de tenui Romanus origine -vit. LIV. 1, 2, 3 rem Troianam -ere ratus. 1, 9, 5 tantam in medio -entem molem sibi ac posteris suis metuebant. 1, 9, 9 rem Romanam -isse (8, 13, 16. 22, 14, 14 TAC. hist. 4, 76). 1, 30, 1 Roma interim -it Albae ruinis (SIL. 15, 91 MART. 8, 56, 2 AVG. civ. 3, 10. cf. p. 1179, 39). 4, 3, 13 -vit imperium Romanum (34, 4, 3 quo melior laetiorque in dies fortuna rei publicæ est imperiumque -vit. AVG. civ. 4, 5. 15. 23). 21, 7, 3 Saguntini in tantas brevi -erant opes seu maritimis seu terrestribus fructibus seu multitudinis incremento seu disciplinae sanctitate. 36, 34, 9 non tantum interest nostra Aetolorum opes ac vires minui quantum non supra modum Philippum -ere 45, 9, 4 *Macedonum gens* per eum -ere cum coepisset (AVG. civ. 4, 34). PETRON. 44 haec colonia retroversus -it tamquam coda vituli. SIL. 17, 188 o nihil umquam -ere nec magnas patiens exurgere laudes invidia. FLOR. epit. 3, 12, 6 eo magnitudinis -ere *populum Romanum*, ut. TERT. nat. 2, 17 non *Romani* possunt videri religionis meritis excrevisse sive -endo laesores religionis sive laedendo -erunt. HIER. epist. 82, 10 ecclesia persecutionibus -vit, martyrii coronata est. RVFIN. Adamant. 1, 9 omnem mundum incipientem a prima pueritia, tunc deinde -entem ad profectum (*τελειωμένον*), venientem ad mediam aetatem et inde iam ad senectutis maturitatem perfectionemque properantem. CYPR. GALL. Ios. 287 postquam successibus altis Iudaeos -isse videt.

part. pass. perf. crētus, -a, -um, a poetis fictum, cf. concretus.

GLOSS. creatus, natus, generatus vel purgatus (cf. cerno). LVCR. 2, 906 quæ cuncta videmus mollia mortali consistere corpore -a. 5, 6 nemo... erit mortali corpore -us. 5, 60 quo genere in primis animi natura reperta est nativo primum consistere corpore -a. 5, 1116 et fortes et pulchro corpore -i. VERG. Aen. 2, 74 quo sanguine -us (3, 608. 4, 191 Ov. met. 5, 86. 13, 31 STAT. silv. 5, 2, 17 DRAC. Romul. 8, 69. 443. 509). VERG. Aen. 8, 135 Dardanus... Electra Atlantide -us. 9, 669. Ov. met. 8, 307 -us Amyntore Phoenix. 13, 750 Acis erat Fauno nymphaque Symaethide -us. 15, 760 mortali semine -us. PAVL. FEST. p. 149 ut mulus non suo genere sed equi -us. VAL. FL. 4, 444 SIL. 17, 444. HOMER. 237 Archilochusque Acamasque ferox Antenore -i. STAT. Theb. 3, 452. 6, 699. 8, 279 sanctoque Melampode -um Thiodamanta. AVIEN. Carm. ad Nort. 3 (= CARM. epigr. 1530^A, 3) lare -us Vulsiniensi. PROSP. Carm. de ingr. 14 hac primos homines -os ditione ferebat. SIDON. Carm. 22, 87 -us Echione. ENNOD. dict. 28 p. 506, 23 Veneris se semine -um iactat Aeneas. Carm. 1, 4, 112 magno... stemmate -am. *seq. abl. loci:* CARM. Hyg. fab. 221 p. 130, 21 Chilon Lacedaemone -us. SIL. 3, 249 affuit undosa -us Berenicide miles. SIDON. Carm. 2, 157 Mileto... -e Thales. cf. l. 40. *seq. in c. abl.:* SIDON. epist. 9, 15, 1 vers. 44 gente -us in Ligustide. *seq. a b:* Ov. met. 4, 607 solus Abantiades ab origine -us eadem Acrisius superest. *seq. de:* MANIL. 5, 305 ille pater, tali de sidere -us esse potest. CARM. epigr. 1164, 3 hic etenim puer est Vmbri de sanguine crētus. IVVENC. 4, 17 pignoribus... nondum de germine -is (*i. liberis*). DRAC. Romul. 8, 459 -us de gente Melampi. ENNOD. Carm. 2, 150 non aliter celso pueros de stemmate -os.

syn.: ad I: oriri. ad II: adolescere, augeri, augescere, gliscere, grandescere, maiorem fieri, proficere, erigi, intumescere, abundare. *opp. ad II:* gigni, nasci, oriri, incipere, decrescere, minui, senescere, tabescere, tenuescere, tenuari, cessare, deficere, sedari, humiliari.

deriv.: crescentia, crescibilis. *comp.:* ad-, con-, de-, di-, dis-, ex-, in-, ob-, pro-, re-, sub-, super-cresco. *Burger.*

crepusculus v. crepusculum.
***crēta**, -ae f. [*fortasse cf. c. hibern. crē, gen. criad, aremor. pri. cambr. pridd 'argilla', alii pro terra creta positum esse et a cernere ductum putant. Th.*] Exc. Bob. gramm. I 553, 19 -a *κηράριον λευκόγειον*. ISID. orig. 16, 1, 6 -a ab insula Creta vocata, ubi melior est; -a Cimolia candida est, a Cimaea, Italiae insula, dicta (cf. p. 1185, 19), quarum altera vestimentorum pretiosos colores emollit (cf. p. 1187, 2), et contristatos sulphure quodam nitore exhilarat (cf. p. 1186, 42), altera gemmis nitorem praestat (cf. p. 1187, 7); -a argentaria (cf. p. 1185, 12) et ipsa candida appellata eo, quod nitorem argento reddat (cf. p. 1187, 7). GLOSS. *κιμωλία*. ges asteros cf. CASS. FEL. 237 (cf. p. 1185, 71). leucingin (*i. q. λευκήν γῆν*). cricinarium (*κηράριον Bücheler*). -a argentea *γῆ ἀργυρίτις*. *γηραις* (? *γῆ σφραγίς Vulc.*) *gegeoles* (= *γῆ γεώδης*?) -a argenti *κιμωλία*. cossipis (*ex γῆφος?*) capsipis. *γῆ Σαρμία* (cf. p. 1185, 29. 70). -a Sarda *κιμωλία*. *κιμωλία*. *legitur inde a PLAVTO, maxime adhibetur a scriptoribus rei medicinae et architecturae.* [*it. creta, francog. craie, hisp. crede. M.-L.*]

1 generatim: VARRO ling. 8, 55 quoniam taberna, ubi venit vinum, a vino vinaria, a -a cretaria, ab unguento unguentaria dicitur. rust. 1, 9, 2 sic aliae dicuntur terrae, cum in hac specie non minus sint multae... in illa enim cum sint... partes permultae, in quis lapis, marmor, rudus, arena, sabulo, argilla, rubrica, pulvis, -a, cinis, carbunculus. LVCR. 3, 382 nam neque pulveris interdum

sentimus adhaesum corpore nec membris incussam sidere -am. LIV. 24, 10, 7 et Calibus -a et Romae... sanguine pluvisse (AVG. CIV. 3, 31). VITR. 8, 1, 2 animadvertendum est quaerentibus aquam quo genere sunt loca... in -a tenuis et exilis et non alta est copia. PLIN. nat. 31, 47 figularis -a (cf. l. 23. p. 1186, 7 sqq.) semper adimit spes nec amplius puteum fodiunt. ALF. dig. 47, 2, 58 si -ae fodiundae causa specum quis fecisset et -am abstulisset, fur est. VLP. dig. 4, 3, 34 vel -am vel arenam fodere. 8, 3, 5, 1 nec -ae eximendae calcisque coquendae ius. POMPON. dig. 19, 1, 17, 6 arena -a similia. 19, 5, 16 -am eximere quater. PALLAD. 1, 5, 1 ne macer sit sabulo sine admixtione terreni, ne -a sola. *species cretae hae nominantur*: anularia: VITR. 7, 14, 2 PLIN. nat. 35, 46 (cf. p. 1186, 46. 52). argentaria: ISID. orig. 16, 1, 6. cf. PLIN. nat. 1, 35, 57. 17, 45 alterum genus albae -a argentaria est. petitur ex alto, in centenos pedes actis plerumque puteis... hac maxime Britannia utitur... 35, 44. 199 THEOD. PRISC. eup. faen. 14 MARCELL. med. 32, 37. argentea: GLOSS. Asiatica: CIC. Flacc. 37. candida: ISID. orig. 16, 1, 6 VARRO rust. 1, 7, 8 PLIN. nat. 35, 195. Carica: VARRO rust. 1, 57, 2 PLIN. nat. 18, 305. Chalcidica: *ibid.* Cimolia: ISID. orig. 16, 1, 6. GLOSS. saepius. COLVM. 6, 17, 4 CELS. 2, 33. 3, 19. 5, 1 et saepius (cf. l. 65 sqq.). SCRIB. LARG. 244 PLIN. nat. 1, 35, 57. 21, 138. 35, 195 et saepius. PELAGON. 15. 316 MARCELL. med. 4, 6. 28. 10, 75. Eretria: PLIN. nat. 33, 163. 35, 37. figlina: VARRO rust. 3, 9, 3 PLIN. nat. 10, 50. 15, 64. figularis: COLVM. 6, 17, 6. 8, 2, 3. 12, 46, 5. 12, 52, 15 et saepius. CELS. 1, 3. 5, 1 PLIN. nat. 31, 47 PELAGON. 280 GARG. MART. pom. 1, 1. cf. -a figularum: PLIN. nat. 14, 123. 15, 61. fossicia: VARRO rust. 1, 7, 8. fullonia: PLIN. nat. 17, 45 est autem -a fullonia mixta pingui terra, pabuli quam frugum fertilior eqs. Rhodia: PLIN. nat. 24, 3. rubra: VITR. 7, 14, 1 PLIN. nat. 35, 152. Samia: GLOSS. SCRIB. LARG. 24. 83 et saepius. MARCELL. med. 8, 5. 13. 27, 1. Sarda: GLOSS. PLIN. nat. 1, 35, 57. Selinusia: VITR. 7, 14, 2 PLIN. nat. 35, 46. sutoria: SCRIB. LARG. 208. 248. Θεοδώριον: VITR. 7, 7, 4 hanc autem Graeci Θεοδώριον vocant, quod Theodotus nomine fuerat, cuius in fundo id genus -ae primum est inventum. Thesalica: PLIN. nat. 35, 196. viridis: VITR. 7, 7, 4 PLIN. nat. 35, 49. Vmblica: PLIN. nat. 1, 35, 57.

2 *speciatim*: *adhibetur*: a in agricultura: CATO agr. 34 in -a et uligine et rubrica et qui ager aquosus erit, semen adorem potissimum serito (cf. PLIN. nat. 18, 163). 40 argillam vel -am coadito, arenae paululum et fimum bubulum (de oculo arbori inserendo. cf. PLIN. nat. 17, 111). VERG. georg. 2, 215 et totus scaber et nigris exesa chelydris -a negant alios aequae serpentibus agros dulcem ferre cibum et curvas praebere latebras. COLVM. 2, 10, 4 lupinum... exilem amat terram et rubricam praecipue. nam -am reformidat, limosoque non exit agro. PLIN. nat. 17, 25 -am in Albanisium Pompeianorum agro et argillam cunctis ad vineam generibus anteponunt. 17, 147 recusat castanea glaream, rubricam, -am omnemque terrae fecunditatem. 18, 34 omnia -a coquet, nisi permacra, sabulumque, nisi id etiam pertenuis est et multo campestribus magis quam clivosis respondent eadem. in stercorando: VARRO rust. 1, 7, 8 in Gallia Transalpina... aliquot regiones accessi, ubi nec vitis nec olea nec poma nascerentur, ubi agros stercorarent candida fossicia -a. COLVM. 2, 15, 4 si tamen nullum genus stercoris suppetet, ei... proderit fecisse, quod M. Columellam... usurpasse memoria repeto, ut sabulosus locis -am ingereret, cretosis ac nimium densis sabulum (cf. supra l. 10). 5, 8, 6 aptissimum genus terrae est oleis, cui glareas subest, si superposita -a sabulo admixta est... -a ex toto repudianda est, magis etiam scaturiginosa... PLIN. nat. 17, 48 temperato alterutra, -a vel columbina, convenit.

b in re medicina: PLIN. nat. 35, 195 -ae plura genera. ex iis Cimoliae duo ad medicos pertinentia, candidum et ad purpurissimum inclinans. vis utriusque ad discutendos tumores, sistendas fluctiones... et refrigerandi quoque natura -ae est eqs. VARRO rust. 3, 9, 3 quod extat ulcus, oblinunt figlina -a. CELS. 1, 3 alvum astringit labor, sedile, -a figularis corpori illita... 2, 33 simul et reprimunt et refrigerant... -a Cimolia, gypsum, melinum... 3, 19 si sudor vincit, delinendus homo est vel gypso vel argenti spuma vel Cimolia -a. 5, 1. 26. 27. 8, 9, 1 ubi maxime pus subsit, sic intellegemus: -a Cimolia totum locum illinemus... COLVM. 6, 17, 4 locum laesum... -a Cimolia ex aceto linas. 6, 17, 6. 8, 2, 3 ulcera... figulari -a linuntur. SCRIB. LARG. 24 -ae Samiae, quam vocant astra (MARCELL. med. 8, 5. cf. GLOSS. p. 1184, 75). 83 -ae Samiae p. X I. 86. 112. 189. 244. 248 -ae sutoriae... p. X II. PLIN. nat. 10, 50 ulcere oblito figlina -a. 20, 212 mammaram vitia cum melle aut Cimolia -a sedare. 28, 163 Cimolia et aceto... 29, 111. 35, 37 in medicina eundem usum habet melinum quem Eretria -a al. PELAGON. 15. 280 (κηράριον) CHIRON. 25. 47. 268 et saepius. VEG. mulom. 1, 22, 6. 2, 29. 4, 21, 4 et saepissime. MARCELL. med. 4, 6. 28. 8, 13 al. c in arte coquendi et ad poma conservanda: PLIN. nat. 24, 3 similis vis ac polentae Rhodiae -ae et argillae nostrati. concordia valent, cum pix oleo extrahitur, quando utrumque pinguis naturae est. COLVM. 12, 47, 1 -am figularem cum amurca subigunt et ea linunt mala, quae cum siccata sunt, in tabulato frigido loco et sicco reponunt (cf. GARG. MART. pom. 1, 1). *ibid.* multi cum ramulis suis arbori detrahunt, et -a figulari cum

diligenter mala obruerunt, in sole siccant; deinde, si qua rimam -a fecit, luto linunt. et saepius. PLIN. nat. 15, 61 cetera mala et foliis ficulnis, praeterquam cadivis, singula convolvi, cistisque vitilibus condi vel -a figularum illini. 15, 64 -a quidam figlina etiam uvae illinunt... in usu diluentes -am. 18, 305 quidam ipsum triticum diurnitatis gratia aspergunt amurca... alii Chalcidica aut Carica -a. 21, 138 flos croci igni sacro illinitur cum -a Cimolia. d ad res fictiles conficiendas: AETNA 515 post exustam -am quoque robora fundi (cf. Sudhaus ad l.). VITR. 2, 8, 19 quae testa non fuerit ex -a bona aut parum erit cocta, ibi se ostendet esse vitiosam gelicidiis et pruina tacta. 5, 12, 5 inter destinas -a in eronibus ex ulva palustri factis calcetur (de molibus in mari faciendis). 8, 1, 5 item si vas ex -a factum non coctum in ea fossione in eadem ratione opertum positum fuerit. CET. FAV. 3 p. 290 vas ex -a. 9 p. 295 in fluviatili autem arena, si tertiam partem testae -ae addideris, miram soliditatem operis praestabit. COLVM. 3, 11, 9 cretosa humus utilis habetur viti; nam per se ipsa -a, qua utuntur figuli quamque nonnulli argillam vocant, inimicissima est. 10, 59 ista (sc. terra) Prometheae genitrix fuit altera -ae (sc. hominis a Prometheo e -a figulari facti). 12, 44, 5 M. Columella patruus meus ex ea -a, qua fiunt amphorae, lata vasa in modum patinarum fieri iubebat. 12, 52, 15 sunt qui -am figularem in modum liquidae faecis aqua resolvant et cum vasa laverint, hoc quasi iure intrinsecus oblinant. DIOM. gramm. I 462, 23 in aenigmatibus: 'mare concretum in -a ligneo in campo, ubi caro humana ossibus ludebat'. cum significare vult salem in salino fictili fuisse, quod super mensam esset, in qua manus talos iactabat. cf. Blümner, Technologie II 8 sqq. e ad scribendum, pingendum, tinguendum: NVX 81 fit quoque ludus de -a, qualem caeleste figuram sidus, ut in graecis littera quarta, gerit (sc. Δ). PERS. 5, 108 quaeque sequenda forent, quaeque evitanda vicissim, illa prius -a, mox haec carbone notasti? PETRON. 79 omnes pilas columnasque notaverat -a. MART. 12, 61, 9 qui carbone rudi putrique -a scribit carmina. nota in imag.: HOR. sat. 2, 3, 246 sani ut -a an carbone notati? (cf. Otto, Sprichw. p. 65). metonymice de meta (cf. Pollack, PW. IV 1708): GLOSS. λευκή (καὶ ἀξήθηντα. cf. cresco). λευκή τῆς ἰπποδομίας. SEN. benef. 5, 3, 1 cursor -am prior contigit. epist. 108, 32 hanc quam nunc in circo -am vocamus, calcem antiqui dicebant. PLIN. nat. 8, 160 cum puderet hominum artes ab equis vinci, peracto legitimo cursu ad -am stetero. ACT. Arv. a. 143 ex pr(aedis) Allieni Procl(i) a -a. a. 213 v. 7 praesedente ad -a Aelio Coerano. a. 219 v. 12 praesid(entibus) Fl(avio) Arhesilaeo et Laenio Donato ad -am. de coloribus e -a factis: CATO agr. 39, 2 ubi sarseris dolia, qui colorem eundem facias, -ae crudae partes duas, calcis tertiam commisceto. VITR. 7, 14, 1 fiunt etiam purpurei colores infecta -a rubra radice. *ibid.* -am infundentes et eam terentes efficiunt... colorem. 7, 14, 2 propter inopiam coloris Indici -am Selinusiam aut anulariam... inficientes imitationem faciunt Indici coloris. PLIN. nat. 33, 162 pretia eius (sc. coloris) X x in libras, caerulei X viii, usus in -a, calcis impatiens. 33, 163 fraus viola arida decocta fit in aqua sucoque per linteum expresso in -am Eretriam. 35, 44 -a argentaria cum purpuris pariter tinguuntur bibique eum colorem celerius lanis. 35, 46 qui adulterant, vero Indico tinguunt stercora columbina aut -am Selinusiam vel anulariam vitro inficiunt. 35, 49 viride fit e -a viridi, aestimatum sestertiis in libras. anulare, quod vocant, candidum est, quo muliebres picturae illuminantur. fit et ipsum e -a admixtis vitreis gemmis e volgi anulis, inde et anulare dictum (fortasse huc referendum propter colorem muliebres picturae: AVSON. 130, 8 [de Medea] tui vim -a tenax zeli concipit immodicam [graece γαργίς, Accursius cera]). cf. SCRIB. LARG. 208 melanterias, quae -a sutoria dicitur, qua ligulae calceolorum denigrantur. cf. Blümner, Technologie IV 469 sqq. de parietibus dealbandis: VARRO rust. 1, 57, 2 item alius aliud affriat aut aspergit ut Chalcidicam aut Caricam -am. de alicis colorandis (cf. Blümner, Technologie I 55): PLIN. nat. 18, 113 nondum habent candorem suum, quo praecellunt, iam tamen Alexandrinae praeferuntur. postea... admiscetur -a, quae transit in corpus coloremque et teneritatem affert. 18, 116 ex zea pulchrius quam e tritico fit tragum, quamvis id alicae vitium sit. candorem autem ei pro -a lactis incocti mixtura confert. de fuco: PLAVT. Truc. 294 buccas rubrica, -a omne corpus intincti tibi. Aul. 718 scio fures esse hic complures, qui vestitu et -a occultant sese atque sedent quasi sint frugi (fort. ad f. pertinet). NOVIVS Atell. 84 illino -am, cerussam purpurissam (cf. NON. p. 218). HOR. epod. 12, 10 neque illi iam manet umida -a colorque stercore fucatus crocodili (cf. PORPH. ad l.). Ov. ars 3, 199 scitis et inducta candorem quaerere -a. PETRON. 23 inter rugas malarum tantum erat -ae, ut putares detectum parietem nimbo laborare. MART. 6, 93, 9 psilothro viret aut acidā latet oblita -a Thais. 8, 33, 17 crassior in facie vetulae stat -a Fabullae. SCHOL. Cic. Bob. p. 147, 27 Hild. constabat enim Laterensem fuisse in Creta provincia et solebant omnes candidati alba -a oblinere cervicem, ut populo notabiliores essent. ANTH. 436, 1 de cretata facie. cum -am sumit, faciem Sartoria sumit; perdidit ut -am, perdidit et faciem. nota: CELS. 6, 5 ad colorandas cicatrices potest... compositio... in ea pares portiones sunt myrobalsami magmatis, -ae Cimoliae subcaeruleae... PLIN. nat.

14, 123 resina omnis dissolvitur oleo; quidam et -a figularum hoc fieri arbitrantur; pudetque confiteri, maximum iam honorem eius esse in evellendis virorum corpori pilis. **† ad vestes purgandas, argentum poliendum sim.:** PLAVT. Aul. 718? v. p. 1186, 71 Poen. 969 (in imag.) -a est profecto horum hominum oratio, ut mi absterserunt omnem sorditudinem. TITIN. 29 -am dum compescis, vestimenta qui laves. PLIN. nat. 1, 35, 57 -ae ad vestium usus. PLIN. nat. 33, 131 nigrescit argentum et ovi indurati luteo, ut tamen aceto et -a deteratur. 35, 199 alia -a argentaria appellatur nitorem argento reddens. THEOD. PRISC. eup. faen. 14 -a argentaria (cf. p. 1185, 12 et Blümner, Technologie IV 320). adde: VERG. georg. 1, 179 area cum primis ingenti aequanda cylindro et vertenda manu et -a solidanda tenaci (cf. AVSON. p. 1186, 58). VITR. 7, 3, 3 cameris dispositis et intextis, imum caelum earum trullissetur, deinde arena dirigatur, postea autem -a aut marmore polliatur.

g in litteris signandis: CIC. Flacc. 37 haec laudatio... obsignata erat -a illa Asiatica, quae fere est omnibus nota nobis: qua utuntur omnes non modo in publicis, sed etiam in privatis litteris. cf. SCHOL. Cic. Bob. p. 239, 29 Hild. instrumentum laudationis Flacci -a obsignatum proferebatur; tabulae vero, quibus illi ad criminandum Flaccum utebantur, signa habebant cerae insolitae. nota i. q. lutum: VERG. ecl. 1, 65 pars Scythiam et rapidum -ae veniemus Oaxen (cf. SERV. ad l. hoc est lutulentum, quod rapit -am -am terram albam dixit... est aqua cretei coloris).

deriv.: cretaceus, cretarius, cretatus, cretosus, cretula, cretulentus. **comp.:** cretifodinae.

crētāceus, -a, -um [a creta. Th.]. i. q. cretae similis: PLIN. nat. 18, 86 rufior illa (sc. siligo Campana), at Pisana candidior ponderosiorque -ā.

[**cretānus**] NOVIVS Atell. 72 -us (sic L. Noni p. 316, errat anus pars codd., Caeretanus Lachmannus, Cerretanus Bücheler) sine diploide a recta grassatur via. a Creta? cf. l. 63.

? **cretare** NOT. Tir. 84, 85 inter Creta et Cretacaerenae, Creticus.

crētārius, -a, -um [a creta]. i. quod ad cretam pertinet.

ars -a i. ars vasa fictilia efficiendi: CORP. III 5833 Victo<ri> Victor<i>ano <ne>gotiatori a<rti>s -a <e et fla>turariae. XIII 1906 negotia<to>ri Lugdunensi artis cr<e>tariae. 1978 exserc<entis> art cret<ariam>. 4336. 6366 (a. 225). 6524. 7588. CORP. XIII 8224 negotiat<or> <cre>tarius. 8350 negot<iatori> cret<ario>. 8793 negotiator -us Britannicianus. cf. Blümner, Technologie II 8.

subst. f. crētāria, -ae, sc. taberna: VARRO ling. 8, 55 quoniam taberna, ubi venit vinum, a vino vinaria, a creta -a, ab unguento unguentaria dicitur. ? CAPER gramm. VII 108, 14 cetariae (Cetheriae BC) tabernae, quae nunc -ae (rethariae BC) non recte dicuntur.

crētātus, -a, -um [a creta. Th.]. i. q. creta oblitus, albus: LVCIL. 1145 -umque bovem duc[it] ad Capitolia magna (de bove sacrificando. cf. Iuv. 10, 66 duc in Capitolia magnum -umque bovem. SCHOL. ad l. candidum). CIC. Att. 2, 3, 1 etenim mihi caligae eius (Pompei) et fasciae -ae non placebant. ISID. orig. 19, 24, 6 toga candida eademque -a, in qua candidati... ambiabant, addita creta, quo candidior insigniorque esset. cf. PERS. 5, 177 ius habet ille sui, palpo quem tollit hiantem -a ambitio. PLIN. nat. 35, 201 pedes venalium trans maria advectorum denotare instituerunt maiores... hoc est insigne venaliciis gregibus opprobriumque insolentis fortunae. quos et nos adeo potiri rerum vidimus (sc. servos postea nobiles factos), ut... videremus tantum non cum laureatis fascibus remitti illo, unde -is pedibus advenissent (de servis in catasta expositis. ad eandem rem pertinet: PROP. 4, 5, 52 aut quorum titulus per barbara colla pendit, -i medio cum saluere foro [caelati codd., em. Passeratius]). MART. 2, 41, 11 -a timet Fabulla nimum. ANTH. 436 de -a facie (cf. creta p. 1186, 69).

MART. 12, 29, 9 -am praetor cum vellet mittere mappam, praetori mappam surpuit Hermogenes. locus dubius: PLAVT. Curc. 443 quia enim Persas, Paphlagonas, Sinopes, Arabes, Cares, Cretanos (v. l. 31. cretatos corr. Kiessling, i. Αενκόςροπος) Syros (sc. subegit).

cretella v. clitella. **crēter(r)a** v. crater.

crēteus, -a, -um a creta. i. q. e creta factus: LVCR. 4, 297 siquis, prius arida quam sit -a persona, allidat pilaeve trabive. de colore i. q. lutulentus: SERV. ecl. 1, 65 supra l. 22.

crēthmos, -ī m. et f. et **crēthmon**, -ī n. (l. 71). [gr. κρηθμός vel κρηθμον, κρηθμός, κρηθμον. Th.] nomen herbae: PLIN. nat. 1, 26, 50 -on (nomin.). PLIN. nat. 1, 25, 96 -os agrios. 25, 155 -os (cremnos trad.) agrios gremias tollit oculorum impositus. 26, 82 eadem vis -o ab Hippocrate admodum laudatae. 26, 94 (cremnon trad.). 26, 168 menses ciet... ante alia... ut Hippocrati videtur, -os e vino semine vel radice contritis (Mayh., corticis codd.). 26, 160 utilis est interioribus feminarum morbis et conyza utraque et -os. 27, 135 datur medicina quaedam et ischiadicis cum -o (cretamo E) in vino. DIOSC. 2, 113 critimon (κρηθμον DIOSC. 1, 129 W.).

cretiacus, cretiaticus, cretiatio v. crith-.

crēticeus nomen pedis versus v. Creta nom. propr. **cretice** dubiae interpretationis CORP. IV 1364.

cretifodinae, -arum f. [a creta et fodina vel fodere. Th.]. i. q. lautumia, in qua creta effoditur: GLOSS. -a λευκόγειος. cf. Humbert, Daremberg-Saglio II 1568. VLP. dig. 7, 1, 13, 5 inde est

quaesitum, an lapidicinas vel -as vel arenifodinas ipse instituere possit. 24, 3, 7, 14 sed si -ae, argentifodinae vel auri vel cuius alterius materiae sunt vel arenae, utique in fructu habebuntur. 27, 9, 3, 6. GAIUS dig. 39, 4, 13 pr. sed et hi, qui salinas et -as et metalla habent, publicanorum loco sunt. PAUL. dig. 50, 16, 77.

1. cretio, -āre v. crithio.

***2. crētio**, -ōnis f. [a cernere. Th.]. de significatione: GAIUS inst. 2, 164 extraneis heredibus solet -o dari, id est finis deliberandi, ut intra certum tempus vel adeant hereditatem vel si non adeant, temporis fine summoveantur. ideo autem -o appellata est, quia cernere est quasi decernere et constituere. 2, 166 heres debet intra diem -is cernere, id est haec verba dicere 'quod me P. Mevius testamento suo heredem instituit, eam hereditatem adeo cernoque' eqs. VLP. reg. 22, 27 -o est certorum dierum spatium, quod datur instituto heredi ad deliberandum, utrum expediat ei adire hereditatem necne. ISID. orig. 5, 24, 16 -o autem appellata est, quasi discretio, id est decernere vel constituere ut puta eqs. GLOSS. προσέλευσις κληρονομίου. quasi discretio: unde in lege saeculari pro numero dierum ponitur. certus dierum numerus. cf. Leonhard, PW. IV 1708. VARRO ling. 6, 81 itaque in -e adhibere iubent testes. CIC. de orat. 1, 101 ut in -bus scribi solet. Att. 11, 12, 4 Galeonis hereditatem crevi; puto enim -em simplicem fuisse, quoniam ad me nulla missa est. 13, 46, 3 ex eo cognovi -em testibus praesentibus sexaginta diebus. PLIN. nat. 2, 95 GAIUS inst. 2, 144. 167 at is, qui sine -e heres institutus sit. 2, 168. 170 omnis autem -o certo tempore constringitur. 2, 172 quarum -um magna differentia est. nam vulgari -e data nulli dies computantur, nisi quibus scierit... certorum vero dierum -e data... numerantur dies continui. saepius. VLP. reg. 22, 31 vulgaris -o. 22, 32 saepius. LEX Burg. Rom. 22, 2 de maternis bonis <et> materni generis <et> de -e sublata.

sensu mystico: CYPR. GALL. deut. 199 cohaesit domino plebis Iacobi, cuius -o corrogatur ipsi; heres nam domini dei que vivit sola sufficiens sibi que firma. ZACCH. 2, 19 p. 1144^p nec rursum verae carnis assumptio patitur, ut sancti spiritus -e cessante natus ex virgine non credatur.

? **cretix** i. radix herbarum GLOSS. III 559, 24.

crētōsus, -a, -um [a creta. Th.]. i. q. cretam continens: CATO agr. 8, 1 ficos mariscas in loco -o et aperto serito (cf. PLIN. nat. 15, 72. PAUL. FEST. p. 119 Lucani appellati... vel quod loca -a sint, id est multae lucis. COLVM. 2, 15, 4 ut sabulosis locis cretam ingereret, -is ac nimium densis sabulum. PLIN. nat. 18, 47 fossas... -is locis apertas relinqui. CATO agr. 128 terram quam maxime -am vel rubricosam (VARRO rust. 1, 9, 3 quae proprio nomine dicitur terra, cum est admixta ex iis generibus aliqua res, dicitur aut -a... VITR. 2, 3 lateres faciendi autem sunt ex terra albida -a sive de rubrica. PLIN. nat. 18, 175 ubi... terra -a aut gracilis, uttilius inter solstitium et aequinoctium aratur. PALLAD. 1, 6, 16 spissa et -a et umida terra bene far et triticum nutrit). OV. met. 7, 463 hinc humilem Myconum -aque rura Cimoli sibi iungit Minos. COLVM. 2, 2, 9 spissis atque -is regionibus apertae fossae relinquuntur. 2, 9, 3 densa -aque et uliginosa humus siliginem et far adorem non incommode alit (3, 11, 9 -a humus utilis habetur viti). 2, 9, 5. 17 nam siccum -umque solum reformidant panicum et milium (PLIN. nat. 18, 166 far, siligo et -um et uliginosum solum patiuntur. 18, 199 in denso aut -o aut uliginoso solo tritici aut siliginis modios VI. 35, 170 lateres non sunt ex sabuloso neque arenoso multoque minus calculoso ducendi solo, sed e -o et albicante aut ex rubrica. PALLAD. 4, 10, 7). HYG. fab. 220 p. 130, 1 Cura cum quandam fluvium transiret, vidit -um lutum. **subst. n. plur. crētōsa**, -ōrum (sc. loca): PLIN. nat. 18, 135 -a tantum limosaque odit lupinum et in his non provenit.

crētula, -ae f. [a creta deminutive. Th.]. cretae genus quo epistulae signantur et in quo pingitur: CIC. Verr. 5, 58 cum... epistula Agrigento allata esset, casu signum iste animadvertit in -a. PLIN. nat. 35, 49 ex omnibus coloribus -am amant udoque illini recusant purpurissum, Indicum, caeruleum eqs. cf. Marquardt-Mau, Privatleben² p. 806, 5. nota titulum fabulae POMPON. Atell. Cretula vel Petitor.

crētulentum, -ī n. [a creta. Th.]. i. q. ius vestimenta creta purgandi: LEX colleg. aq. (Corp. VI 10298) 14 nive -um exegisse velit, nisi in duabus lacunis p. R. ius emet.

crētūra, -ae f. [a cernere. Th.]. i. q. palea: PALLAD. 1, 24, 3 triginta autem columbis volatibus diurni tres sextarii tritici sufficient aut -ae. dub.: PAUL. NOL. epist. 13, 11 non visitato more -a (Hartel, creatura, creature, creaturam trad.) cibus hominum, sed novo munere iam paratos hominibus cibos gignens (sc. de divisione panum et piscium a Christo facta). Lambertz.

1. crētus v. cerno. **2. crētus** v. cresco.

? **creubeba** vox germanica, i. q. concrematio hominis occisi: LEX Sal. capit. 2, 5 de -a.

? **crianosson** brevis dictio in magna GLOSS. V 352, 29. **orianus** dictum personale[m] V 565, 45 (κρείαν usum Bücheler, cf. comma).

cribanitēs v. clibanites.

* **cribello**, -atum, -āre a cribellum. crebellare: CHIRON sae-

rem sub acerbo -e poenam. STAT. Theb. 11, 379 quid -e solvis germanum? QVINT. inst. 4, 2, 15 repetundarum -e insimulabitur. 9, 2, 12 augendi -is gratia (9, 2, 17. 53 decl. 260 p. 63, 21 PLIN. epist. 4, 9, 7 SCHOL. Cic. Bob. p. 47, 25 Hild.). decl. 267 p. 89, 4 ex eo -e quod intentatur (PAPIN. dig. 48, 5, 40, 7 PAVL. dig. 48, 5, 41, 1 MARCIAN. dig. 48, 5, 8 AMM. 28, 1, 47). 270 p. 104, 12 res ipsae, quae in -n deducuntur. PS. QVINT. decl. 11, 6 tu -n de fabula facis. IVV. 9, 110 quod enim dubitant componere -n in dominos...? (TAC. hist. 1, 7). 10, 69 quo cecidi sub -e? 13, 144 si flectas oculos maiora ad -a. TAC. hist. 1, 77 repetundarum. 2, 10 dari tempus, edi -a censebant (PLIN. epist. 3, 9, 32). ann. 2, 74 -a et accusationem tamquam adversus receptos iam reos instruebant. 5, 7 neque Caesar ullis -bus aut probris defunctum insectatus est, cum in Blaesum multa foedaque incusavisset. PLIN. epist. 4, 9, 5 eundem me voluerat occurrere -i, quo maxime premebatur. HADRIAN. Call. dig. 48, 15, 6 pr. -e plagii... teneatur (Vlp. dig. 48, 8, 4, 2 SCAEV. dig. 48, 5, 15, 1 PAPIN. dig. 47, 2, 82 CALL. dig. 48, 15, 6 pr. al.). MACER dig. 48, 1, 1 in quibus (iudiciis) -n vertitur. GELL. 12, 12, 1 rem facias risu magis dignam quam -e. APVL. apol. 1 quae ego cum intellexerem non tam -a iudicio quam obiectamenta iurgio prolata. 3 philosophiae magnitudo vel minimam reprehensionem pro maximo -e aspernatur. 25 haec -a... tam asseverate obiectare. *ibid.* aggredior... ad ipsum -n magiae, quod... per nescio quas aniles fabulas deflagravit. 81 ad expellendum a me -n magiae. 90 firmum argumentum est accipiendi -is aut respuendi. TERT. nat. 1, 3 omne in nos -n non alicuius sceleris, sed nominis dirigi. PORPH. Hor. serm. 1, 4, 79—80 unde... -n hoc in me colligis? epod. 5, 41—42 quo -e etiam Sappho male audiit. CAPITOL. Pert. 8 si delationis -n incurreret (FILASTR. 131, 3. 137, 2 HIER. epist. 49, 1 AVG. civ. 3, 17). ARNOB. nat. 5, 30 sub specie cultionis plus in eos (deos) ingeratis maledictionum et -um (MAR. VICTORIN. rhet. p. 285, 4). LACT. inst. 4, 28, 9 totos dies precari et immolare -is est (HIL. in Matth. 10, 18. 19, 9 PRISCILL. tract. 2, 53 HIER. adv. Rufin. 2, 15 EVGRAPH. Ter. Ad. 9). HIL. trin. 7, 38 forte intelligentiae sensus in -e sit (myst. p. 8, 28 CASSIAN. conl. 16, 18, 2 AVELL. p. 454, 21). 6, 38 nec Petro... humana ignorantia profecit ad -n. e. Const. 2 neque interim -is loco duxi quemquam... cum his colloqui. OPTAT. 6, 3 p. 147 suspicio non est idoneum -n. AVSON. 195, 31 insecuto -um motu gravi. 416, 15 tacitis mandavit -a telis. AMM. 28, 1, 50 exaggerato -e stupri (29, 3, 1 -a in maius exaggerando. 30, 1, 2 RVFIN. hist. mon. 19 p. 441^c). HIER. epist. 57, 3 hoc vobis -n impingerem (RVFIN. hist. mon. 28 p. 450^{A-B}). VVLG. I Macc. 9, 10 non inferamus -n (αἰτίαν) gloriae nostrae. act. 25, 16 locum... defendendi accipiat ad abluenda -a (ἐγκλήματος). AVG. civ. 1, 21 Abraham non solum non est culpatus crudelitatis -e, verum etiam laudatus est nomine pietatis. pat. 6 cum illa (causa patiendi) tenetur in -e, tunc huius (patientiae) multum erratur in nomine. MVTIAN. Chrysost. hom. 1, 3 qui malorum morum cuiquam -n imponit. 17, 4 non est haec excusatio, sed -n. ORIENT. comm. 1, 379 pariunt quia -a poenam. GREG. Tyr. Franc. 5, 49 me -n in Fredegundem reginam dixisse. CORP. X 4132 in qua nec unum -n consistere potuit. XIII 1983 quae mecum vixit... sine ula -is sorde.

B i. q. scelus, peccatum, vitium ipsum: GLOSS. peccatum vel iudicium, culpa, noxa. CIC. Verr. 3, 49 quod non suis, sed suorum peccatis -busque prematur. Cael. 71 quo... illi -e peccatoque perierunt. de orat. 2, 199 id C. Norbano in nefario -e atque in fraude capitali esse ponendum. NEP. Att. 6, 5 cum suspiciones quaeque vitaret -um. VERG. Aen. 2, 65 -e ab uno disce omnes. 7, 339 sere -a (SERV. ad l. causas) belli. DIRAE 81 civili qui semper -e crevit. PROP. 2, 28, 5 sed non tam ardoris culpa est neque -a caeli. OV. am. 2, 7, 8 -n dissimulare putas. 2, 7, 17 ecce novum -n. 2, 7, 28 me non admissi -is esse reum (LIV. 40, 8, 7 reum aut conficti aut admissi -is). 3, 6, 84 sed nemora et silvae -a vestra tegunt. 3, 10, 24 fassuram Cererem -a nostra puto. 3, 14, 35 tantum non oculos -n deducis ad ipsos. epist. 11, 49 quid... tua -a prodis? 19, 7 coniugium pactamque fidem, non -a posco. ars 1, 390 cum semel in partem -is ipsa venit. 2, 110 Naiadumque tener -e raptus Hylas. 3, 632 hunc tamen illa suo -e fecit avum. rem. 37 his lacrimis contentus eris sine -e mortis. met. 2, 447 heu quam difficile est -n non prodere vultu. 3, 141 fortunae -n in illo, non scelus invenies. 9, 24 Iuppiter aut falsus pater est aut -e verus. 10, 243 aevum per -n agentes. 15, 37 utque peracta est causa prior -nque patens sine teste probatum. fast. 2, 807 eripiam... per -a vitam. lb. 358 nec nisi per -n sit tibi fida soror. trist. 2, 293 Pont. 3, 3, 75. LIV. 4, 44, 11 Postumia -e (M, -is codd.) innoxia, ab suspicione... parum abhorrens. 40, 12, 10 si illa... vana accusatio erat invidiamque tuam adversus me magis quam -n meum indicatura. SEN. contr. exc. 4, 4 non est hoc illi -n propter virtutem donandum. VAL. MAX. 6, 1, 6 quod stupri se -e coinquinaverat. PHAEDR. 2 epil. 19 donec fortunam -is pudeat sui. SEN. Ag. 149 piget prioris et novum -n struis? Herc. f. 1201. Med. 192 quod -n aut quae culpa multatur fuga? 647. Phaedr. 597 forsitan iugali -n abscondam face. 691 tacitum diis -n bifirmi partus exhibuit nota. 825 nefanda iuveni -a insonti apparat. 1195. 1249. Phoen. 272 *syn.* facinus, scelus. 453 omne Fortunae fuit peccantis in nos -n. 618 -e alieno exulas, tuo redibis. benef. 1, 10, 4

hoc tu cave tamquam maximum -n ne admittas (*cf. p. 1193, 62*). VENVL. dig. 48, 13, 9 *al. apud* ICTOS. TERT. patient. 5 p. 8, 4 AMM. 27, 11, 4 EVGRAPH. Ter. Ad. 24). 3, 6, 2 hoc frequentissimum -n nusquam punitur, ubique improbatur. 3, 7, 1 propter quas (rationes) -n hoc in legem cadere non debeat. clem. 1, 2, 1 quoniam nisi post -n supervacua est clementia. 1, 23, 1 multo minus audebant liberi nefas ultimum admittere quamdiu sine lege -n fuit. nat. 6, 23, 2 Alexandri -n aeternum, quod nulla virtus, nulla bellorum felicitas redimet. LYCAN. 2, 186 vix erit ulla fides, tam saevi -is unum tot poenas cepisse caput. VAL. FL. 4, 478 nec credite culpam saevitiae scelerumve mihi nunc -a pendi. 5, 658 quod... aggressae scelus aut quo -e sotes. SIL. 6, 634 Fabium de -e laeto procreat. 16, 529 quos culpa tulit, quos -a noxia vitae. STAT. silv. 2, 6, 39 dubiae post -a formae (*i. castrationem*). Theb. 1, 266 quod si prisca luunt auctorum -a gentes (10, 587). 5, 455 ut externas non sponte aut -e taedas attigerim. silv. 3, 1, 42 post -a noctis. 5, 4, 1 -e quo merui, ... *ut eqs.* MART. epigr. 7, 11. 10, 3. 2, 65, 3 o grande fati -n! o gravem casum! 4, 63, 2 occidit insani -e mersa freti. 10, 61, 2 -e quam (*Erotion*) fati sexta peremit hiems. 11, 93, 3 o scelus, o magnum facinus -nque deorum. QVINT. inst. 2, 2, 14 cavendum non solum -e turpitudinis, verum etiam suspicione. decl. 330 p. 298, 28 -n confitebor. 373 p. 412, 17 maximum -n, immo parricidium. PS. QVINT. decl. 3, 8 non abnuo -n. 9, 15 ut... pro summo -e damnando sit minus necessaria humanitas. IVV. 1, 167 cui frigida mens est -bus. 6, 23 omne aliud -n mox ferrea protulit aetas. 6, 294 *syn.* facinus. 8, 160 quaedam cum primā resecentur -a barba. 8, 215. 266 occulta ad patres produxit -a servus. 13, 6. 24. 90 ne -n poena sequatur. 13, 104 multi committunt eadem diverso -a fato. APVL. apol. 48 quam (*rem*) tu iam praeiudicasti neque culpae neque -i confinem. PAPIN. dig. 39, 5, 31, 4 post -n perduellionis contractum. VLP. dig. 50, 4, 3, 9 quod pater in reatu -is alicuius est. *saepissime apud* ICTOS. TERT. spect. 2 neque... sumpsimus... gulam ad gulae -n. 29 quam errorum recognitio, quam tantorum retro -um venia. idol. 1 principale -n generis humani, summus saeculi reatus, tota causa iudicii idolatria. nat. 1, 7 quis... proditorem -is alicuius sine -e ipso aut vendit aut redimit? pudic. 5 de vicinorum -um nexu, de propinquorum scelerum complexu. NEMES. cyn. 27 saevo violatum -e patrem. SOL. 27, 42 matrum -a plectebantur interitu parvulorum. LAMPR. Alex. 23, 1 si aliquem repperisset tribunorum in -e. TREB. Valer. 5, 6 hostis -um, hostis vitiorum. ARNOB. nat. 2, 43 genera haec... turpitudinum, -um malitiarumque noverunt. 3, 27 quidquid labis et -is ab insania proficiscitur tali. 6, 24 in innumeras -um et facinorum formas. 7, 30 nefas et plenum sacrilegiis -n. IVST. 12, 10, 10 ut communi facto -n regis levaretur. HIL. in Matth. 12, 3 verum sine -is piaculo factis prophetat in lege. 17, 10 ut per tam exiguum impensam -bus corporis atque animae quaedam redemptio concederetur. op. hist. fig. 2, 4 suorum -um proditores. in psalm. 1, 6 inter haec vitia carent impietate, qui non carent -e. OPTAT. 2, 19 p. 54 inter -a sua et facinora nefanda. PRISCILL. tract. 7, 113 maior metus -is est et evidentior poena peccati, eundem cotidianum testem habere quem iudicem. COD. Iust. 9, 1, 15 (*a. 294*) -is accusationem instituere. AVSON. 119, 3 extremis da singula -a. 220, 6 testantem gemitu -a iudicii. 265, 4 nuptiarum -a passus *Claudius*. 325, 94 vindictaque maior -e visa suo. 393, 25 condonas -a nummis, erroremque vocas. AMM. 14, 1, 5 -a praescriptis legum committerentur. 17, 11, 2 in veteres duces vitia -aque finxisse malignitatum. 17, 13, 2. 22, 3, 8 impurgabile -n excusari posse existimas. AMBR. epist. 41, 7 sicut... Christi divitiae virtutes sunt, ita diaboli opes -a sunt. PS. AMBR. laps. virg. 9, 39 qui in uno scelere duo -a perpetrasti, adulterium utique et sacrilegium. HIER. epist. 119, 7 p. 806 non in mortali -e..., sed levi modicoque peccato. PRVD. cath. 1, 35 pectus sepultum -e. perist. 1, 48 veritas -n putatur. PAVL. NOL. carm. 6, 293 finis nec -is ullus humano generi. 9, 51. AVG. civ. 2, 13 qui... inter suos honores sua celebrari -a poposcerunt. 4, 3 non est poena -is, sed virtutis examen. 4, 10 qui haec in theatris libentissime spectant -a deorum suorum. 4, 23 cetera non numina colendorum, sed -a colentium. 4, 26. 27 quia eius plura -a ludis scaenicis actitantur. 7, 4 illi ad istorum humilia opera descenderunt, isti in illorum sublimia -a non venerunt. 7, 33 *opp.* virtutes. 22, 10 *opp.* laudes. fid. et op. 23, 44 infidelitatis -e obstrictos esse. in euang. Ioh. 41, 9 -n est peccatum grave, accusatione et damnatione dignissimum. enchir. 64, 17 neque enim quia peccatum est omne -n, ideo -n est etiam omne peccatum. 388, 1 omnia -a eleemosynis redimantur. SVLP. SEV. chron. 2, 15, 4 satis se deo ob peccata vel -a dedisse poenarum. ZACCH. 1, 27 omnique -e reatuque polluti. EVGRAPH. Ter. Andr. 42 congregatio -um vel beneficiorum. 896 peccatum... -n. Eun. 9 *syn.* peccatum. 979 -n vel admissum aliquod facinus. LEX Visig. 8, 3, 6 quia -n videri non potest, quod non est ex voluntate commissum. VEN. FORT. carm. 4, 8, 3 quia tu mundus nec sunt tibi -a mundi. GREG. M. moral. 3, 24 hoc fit reatus -is quod putatur causa virtutis. INSCR. christ. Rossi II p. 110, 63, 91 sic voluit nasci, domuit qui -a mundi. p. 170, 23, 3 elue probra, pater, delicti -a tolle.

C i. q. malum, mendum: PLIN. nat. 11, 193 hinc et in mores -n bilis nomine (*sc. melancholia*). 17, 32 quamobrem primum -a

(terrae) dicemus (*syn.* vitia). 20, 91 nulla ergo sunt -a brassicae? LVCAN. 9, 425 nullo glaeborum -e pura et penitus terra est. CARM. epigr. 996, 4 exiguo vitae spatio feliciter acto effugi -n, longa se-necta, tuum.

metonymice: VERG. Aen. 12, 600 se causam clamat -nque caputque malorum. DIRAE 82 o male devoti, praetorum (praetorum *codd.*) -a, agelli. PROP. 1, 11, 30 a pereant Baiae, -n amoris, aquae. 2, 6, 34 tum paries nullo -e pictus erat (*cf.* Ov. met. 6, 131 rupit pictas, caelestia -a, vestes. SEN. contr. exc. 10, 5 deorum -a in templis picta sunt). 2, 28, 2 tam formosa tuum mortua -n erit. 3, 19, 15. Ov. am. 2, 17, 25 non tibi -r ero. 2, 18, 37 et Paris est illic et adultera, nobile -n. 3, 7, 4 iacui pigro -n onusque toro. epist. 4, 58 Pasiphae mater . . . enixast utero -n onusque suo (*cf.* 11, 64 positumst uteri -n onusque mei). 9, 51 non tibi -n erunt, Teuthrantia turba, sorores. 9, 53 una (*Omphale*), recens -n, referetur adultera nobis. 11, 66 -a sunt oculis subripienda patris. 15, 294 et tua sim, quaeso, -a solus ego. met. 3, 268 manifestaue -a pleno fert utero. 9, 566 protinus impressa signat sua -a gemma. 10, 197 videoque tuum, mea -a, vulnus. 10, 470 impia diro semina fert utero conceptaque -a portat. trist. 2, 61 quid referam libros, illos quoque, -a nostra, . . . plenos nominis esse tui? 4, 9, 26 perpetuae -n posteritatis eris. EPIST. Sapph. 180 ne sim Leucadiae mortua -n aquae. LIV. 45, 42, 9 partibus datos -a, non -is defensionem esse. MANIL. 4, 665 mortis partis viventia -a terrae. SEN. Oed. 875 saeculi -n vago, odium deorum, iuris exitium sacri. STAT. Ach. 1, 63 eunt tutis terrarum -a velis. PRVD. ham. 564 genuit David . . . unum -n, Abessalon. CLAUD. 21, 7 Libyae post proelia -n Eoum concidit. DRAC. Orest. 453 dum regnaret iners, Parcarum -a, pastor (*Aegisthus*).

syn.: ad IA: accusatio, criminatio, culpa, dedecus, invidia, iudicium, maledictio, obiectamentum, probrum, reprehensio, suspicio. ad IB: facinus, nefas, peccatum, reatus, scelus, vitium.

opp.: ad IA: culpa, excusatio, gloria, laus. ad IB: honos, laus, virtus.

deriv.: criminalis, criminor, criminosus. *comp.:* discrimen?

crimīnālis, -e a crimen. GLOSS. ἐγκληματικός. *i. quod ad*

crimen pertinet: SCAEV. dig. 49, 5, 2 si quaestionem in civili negotio habendam iudex interlocutus sit vel in -i (COD. Theod. 1, 12, 1 [a. 315] SIDON. epist. 6, 4, 3 LEX Burg. lib. const. 52, 2). VLP. dig. 19, 5, 14, 1 -i poena adversus eum servata (COD. Iust. 1, 17, 2, 22 [a. 533] DIG. de conc. dig. 2, 8). CHAR. dig. 22, 5, 1, 1 non solum in -bus causis, sed etiam in pecuniariis litibus (COD. Iust. 9, 41, 15 [a. 294] *opp.* pecuniaria. COD. Theod. 1, 12, 13 [a. 313?] *opp.* civiles. 9, 1, 1 [a. 316] *opp.* civilis res vel pecuniaria. PS. ASCON. Verr. 1 p. 142 CANON. Migne 56, 710^B COD. Iust. 9, 44, 3 [a. 529]. 3, 1, 13 pr. [a. 530]. 5, 59, 4 [a. 531]. 17, 2, 8^b [a. 533] *opp.* civiles. LEX Visig. 10, 2, 3 omnes causas seu bonas sive malas aut etiam -es. GREG. M. epist. 3, 7, 8. 13, 50 pro qualicumque pecuniaria vel -i causa. PALLAD. hist. mon. II 15 p. 370^C). COD. Iust. 3, 35, 3 [a. 241] -em accusatorem. COD. Theod. 9, 1, 6 (a. 362/3) edi -ia acta ut civilia iubemus. FILASTR. 115, 5 -i iudicio condemnare reum factum (ORIG. in Matth. 18, 119 exhibitus ad -e iudicium). QVEROL. p. 60, 1 placuit . . . ut etiam de plagis et vulneribus infixis summoto strepitu -i . . . praestetur inspectio. PS. RVFIN. in psalm. 31, 2 qui se ab omni peccato -i custodivit (67, 22 capitalia id est -ia peccata. PS. PRIMAS. in Rom. p. 446^B -ia et capitalia peccata intellegamus, non minuta). 38, 9 tam ab occultis quam ab alienis *iniquitatibus*, tam a venialibus quam a -bus *erue me*. AVG. civ. 19, 5 litibus et civilibus et -bus. ALC. AVIT. epist. 17 p. 49, 15 donec a consortio -i publica paenitentiae professione desciscant. GROM. p. 269, 21 seu civilis seu -is actio competet (COD. Iust. 12, 1, 17 pr. [a. 485-486] quotiens ex privata cuiuslibet interpellatione civili vel -i [*sc. actione*] viri illustres conveniendi sunt. LEX Burg. Rom. 11, 4). CONC. Epaon. a. 517 p. 24, 14 si quod -e parant obicere. GREG. M. epist. 3, 7 de pecuniariis -busque capitulis. VEN. FORT. vita Radeg. 10, 22 pro culpa -i (LEX Visig. 6, 4, 2). *quasi subst. n. plur.* crimīnālia, -ium: GLOSS. -ia ἐγκληματικά. PS. DAMAS. epist. 2, 8 (Migne 13, 428^B) induciae accusatis in -bus episcopis sex mensium . . . concordandae sunt. ALC. AVIT. epist. 18 p. 50, 2 ut post spatia tot annorum vel -ia restringeret, qui refrenare iam . . . etiam legitima debuisset. GREG. M. epist. 3, 6 gestorum de -bus habitorum serie. 3, 7 de -bus *opp.* de pecuniariis. *ibid.* -ia vero medio quodam dubioque verborum calle transcurrit.

adv. crimīnālīter. VLP. dig. 47, 2, 93 furti plerumque -r agi. PS. RVFIN. in psalm. 50, 6 parcendo -r lapsio. AVG. epist. 185, 2, 6 quod apud imperatorem maiores eorum -r Caecilianum fuerint insecuti. pecc. orig. 23, 26 non -r sed quasi civiliter errasse. CANON. Migne 56, 710^C episcopus -r accusatus. INST. Iust. 4, 4, 10 qui passus est posse vel -r agere vel civiliter. *ibid.* si quidem civiliter agatur . . . sin autem -r. *ibid.* ut possit actionem iniuriarum -r vel persequi vel suscipere. IVLIAN. epit. novell. 121, 526 si iniuriarum iudicium -r fuerit motum. CASSIOD. var. 8, 24, 3 pro levibus causis asseritis -r impetitur. PS. PRIMAS. in I Cor. p. 529^B si peccaverit -r. GREG. M. epist. 3, 7 quae (*capitula*) in tua audientia -r obiecta fuerant. 4, 24 Epiphanium . . . quorundam Sardorum litteris -r accusatum. 7, 39.

